DE MUNERE PASTORALI

QUOD CONTIONANDO ADIMPLEVIT

TEMPORE PRAESERTIM MELDENSIS EPISCOPATUS

IACOBUS-BENIGNUS

BOSSUET

THESIM PROPONEBAT

AMPLISSIMAE LITTERARUM FACULTATI IN UNIVERSITATE CADOMENSI

Ad gradum doctoris promovendus

Eugenius GRISELLE

Iam in eadem Facultate licentiatus.

Pour juger justement Bossuet, il importe de toujours voir, derrière le génie de l'homme, l'âme du prêtre qui l'excite, et qui le contient.
RÉBELLIAU, Bossuet, ch. X, p. 207.

INSULIS
TYPIS LEFEBVRE-DUCROCQ

—

ANNO MCMI

DE MUNERE PASTORALI

I. B. BOSSUET

EPISCOPI MELDENSIS

DE MUNERE PASTORALI

QUOD CONTIONANDO ADIMPLEVIT

TEMPORE PRAESERTIM MELDENSIS EPISCOPATUS

IACOBUS-BENIGNUS

BOSSUET

THESIM PROPONEBAT

AMPLISSIMAE LITTERARUM FACULTATI IN UNIVERSITATE CADOMENSI

Ad gradum doctoris promovendus

Eugenius GRISELLE

Iam in eadem Facultate licentiatus.

> Pour juger justement Bossuet, il importe de toujours voir, derrière le génie de l'homme, l'âme du prêtre qui l'excite, et qui le contient.
>
> *RÉBELLIAU, Bossuet, ch. X, p. 207.*

INSULIS

TYPIS LEFEBVRE-DUCROCQ

ANNO MCMI

ORNATISSIMO VIRO

MAURICE SOURIAU

IN FACULTATE LITTERARUM CADOMENSIS UNIVERSITATIS PROFESSORI

Grati animi testimonium
D.D.D.

E. Griselle

PROOEMIUM

QUALIS SIT HUIUS DISQUISITIONIS FINIS ET RATIO

I

Cum scriptorum infinitus paene numerus exstiterit qui praeclarissimi Bossuet vitam et opera omni modo scrutati sint, vix superesse quicquam videtur intentatum quo eius merita ingeniumque plenius definiri possint et declarari.

Haud scio tamen an eorum quos in hac re « praevios » habui doctissimus quisque, dum totus est in illustranda litterati et eloquentissimi viri fama, partes quasdam veluti humiliores atque magis intimas in eo neglexerit. Multa enim et minima cottidianae vitae officia, quibus pastorale sacerdotum munus constare nemo nescit, non satis inter tot et tanta tanti viri opera oculis apparuerunt.

Ea igitur inquirere libet et in medium proferre : in huiusmodi munia animum convertere non iniucundum erit. Nihil enim quod eximii ingeni laboribus et sudore dignum fuerit, facile praetermitti fas est.

Quae autem « boni pastoris » sive animarum rectoris sunt propria, et quibus fidelium, ut aiunt, gregem fovere conantur quotquot hanc provinciam susceperunt, ea semper toto prorsus vitae suae decursu et quavis hora, sedulo adimplevit Bossuet, iis potissimum annis amplius ac viginti, quos in Meldensi episcopatu degit. Ab illo enim die quo, doctoris gradu auctus solemnique sacramento obstrictus, errores quoscumque, vel cruore effuso, sibi profligandos esse professus est [1],

vitam impendere vero

nunquam destitit nominisque christiani laudem, cum orationibus, tum suis libris propagare.

At quae scripta manent, eadem ore solum prolata verbisque expressa volantibus, solent evanescere. Hinc factum est ut non pauca quae a Bossuet ex tempore tantum dicta et nunquam ab ullo litteris mandata erant, facile perierint. Nam sive dum Metis canonicatum egit, sive

1. Sacramenti formulam quod XVI Maii anni MDCLII praestiterat, post quinquaginta annos memoriter a Bossuet relatam, *Ledieu* die XXXI decembris MDCCII exscripsit : « Ibo, te duce, laetus ad sanctas illas aras testes fidei doctoralis, quae maiores nostros toties audierunt. Ibi exiges a me pulcherrimum illud sanctissimumque iusiurandum quo caput hoc meum addicam neci propter Christum, meque integrum devovebo veritati. O vocem non iam doctoris sed martyris ! Nisi forte convenientior doctori, quo magis doctorem decet. Quid enim doctor nisi testis veritatis ? Quamobrem o summa paterno in sinu concepta Veritas atque elapsa in terras, te ipsam nobis in Scripturis tradidisti : tibi nos totos obstringimus, tibi dedicatum imus quicquid in nobis spirat, intellecturi posthac, quam nihil debeant sudoribus parcere, quos etiam sanguinis prodigos esse oporteat. — Il le prononça d'une mémoire aussi récente que le premier jour. » (*Journal*, t. I, 1er janvier 1703, p. 359.)

tempore etiam quo « Serenissimi Delphini » magister fuit, sive multo magis sub vitae finem, in sua quam assidue peragrabat dioecesi, saepenumero verba fecit ad populum, nec tamen eius vocis, ut ita dicam, sonus posterorum aures ullo pacto percellere potuit. Cum enim nihil sive ante sive post orationem scripserit, multa ab ipso dicta deperdita sunt.

Ex iis porro contionibus quarum

etiam periere ruinae,

vix quicquam praeter inane desiderium nobis supersit necesse est.

Aliarum autem alia est condicio. Etsi non est certum quaedam esse servata quae scribarum manu litteris consignata fuerint, plura saltem exstare contingit e quibus sin minus cuiusque sententiae totidem verbis expressae, tamen sensus, subiectae materiae, partitionis, praecipuorumque argumentorum vestigium aliquod remaneat. Haec quippe in iis libris diurnis a quibusdam annalium modo cottidie scriptis, quibus rerum privatarum aeque ac publicarum servaretur memoria, passim reperiuntur.

Horum igitur documentorum ope, aliquantulum vitae pastoralis quam Bossuet regendis animis impendit, restitui posse duximus. Quae cum historia haud indigna esse videantur, nullo pacto tutius quam ducibus iis qui cum eo familiariter vixerunt, enarrari valent.

Quapropter postquam, in primo capite, proposuero quanti momenti sit in illa documenta inquirere quae nimium derelicta fuerint, ea duplicem in indicem distribuenda esse existimavi.

Priorem itaque huiusce propositi partem complebunt, ordine tantum temporum distincta, quaecumque ad vitam Bossuet pastoralem, tum ante tum post eius evectionem in sedem Meldensium episcopalem respiciunt. In qua, stilo « annalium », ut dicitur, et ordine, ieiune scilicet et satis exiliter, adiecto tantum iudiciali quodam apparatu qualem ab historicis hominibus requirere solent, collectum est in unum quicquid vere novum neque integre antea dictum repperi, de rebus a Bossuet gestis, habitisque ab ipso contionibus.

Posterior autem, eademque brevior disputationis pars id complectetur quod ad plenam pastoralis eloquentiae in Meldensi episcopo cognitionem confert, modumque eius agendi praebet diversum pro diversa eorum quos alloquebatur condicione, pari tamen semper comitate, immo caritate plenum. Hinc qualis cum sacerdotibus, monialibus, docendis pueris, reducendis errantibus, suo in munere fuerit « pastor » Meldensi Ecclesiae praepositus, quantum pro brevitate fieri potuerit, considerabimus. Demum ipsam eiusdem eloquentiam, quam optimo iure vere pastoralem vocare fas est, paucis verbis quasi colligere conabimur.

Hoc itaque dicendi genus, cum novissimis praecipue vitae suae annis ita sui proprium fecerit, ut, eo deficiente, eius ingenium penitus non cognoscatur, in hac thesi, ex ipsius ut plurimum verbis aut multo magis factis, legentium oculis subici et apparere velimus.

Tanti autem propositi ne inutilis evadat exitus, idem in mentem revocare iuvat quod noster *La Fontaine*, cum

librum *Fabularum* Delphino dedicatum obtulit, his paene verbis, alias Latine non infeliciter versis, expressit :

Quod si deficiant vires, audacia certe
Laus erit : in magnis et voluisse sat est [1].

II

De ratione vero scribendi si quid sit dicendum, fateri non dubitabo me quaecumque potui vocabula e fere uno sumpsisse Tullio, dum voces, ut patet, excipias, quae eiusdem aetate, propter solam hanc causam ignotae quod non natae fuerint. Hac in re, ne quis me ipsius Bossuet stilum genusque loquendi non imitatum fuisse miretur, eodemque paulo severiorem exstitisse qui Plauti, Terenti, Livi aliorumve non paucorum verba passim neque male usurparit, aperte dicam illum scribendi modum mihi minime displicere, immo contra valde probari. Equidem scio profiteorque Latino in sermone, nec minus atque in vernaculo, longe aliis nostrum Bossuet excelluisse, eiusdemque dicendi facultatem videri

1. En notissima huius epistulae verba quae non infeliciter rettulit sententia Latinis versibus expressa :

Et si de t'agréer je n'emporte le prix,
J'aurai du moins l'honneur de l'avoir entrepris.

V. *La Fontaine*, éd. des Grands Ecrivains, t. I, p. 56 et note 4.

mihi omnino mirandam [1]. Quin etiam quicquid in eo *miror*, multo *magis invideo*, neque quicquam est quod non imitari velim, nedum suspicandus sim aspernari.

At idem prope de eius illa eximia « *latinitate* » asserendum est ac de oratorum modo dicendi quos Atticos vocabant, quem, Tulli opinione, qui legit vel audit, haud aegre se posse assequi arbitretur, sed postquam tentaverit, cito desperet [2].

Itaque ne verba quae passim apud quemlibet etiam optimae notae scriptorem invenerim, minus callide, sutoris more, inter se iunxisse videar, ideo dedita prorsus opera, ab uno eodemque quicquid colligendum esse ducebam, mutuatus sum. Is enim cuivis alieno idiomate scribenti scopulus est non sine negotio vitandus, ne stilum prae se ferat plus aequo versicolorem. Genus autem scribendi nimis varium in quo

Purpureus late qui splendeat unus et alter
Adsuitur pannus,

nullius sane eorum qui intellegunt iudicio probari potest. Etenim quis nostrum, quaeso, Angli cuiusdam aut Germani loquendi rationem non derideat, qui Gallica vocabula, temere e variis diversorumque temporum, ut *Montaigne*, *Pascal*, *Chateaubriand*, *Flaubert*, ceterisque scriptoribus ducta, in unum nescio quid permisceat,

1. Cf. ea quæ scribebat Ledieu, *Mémoires*, p. 15 et 141. Vid. documentum quod edidi : *Revue d'Histoire littéraire de la France*, 15 janvier 1900. *Un fragment inédit de Ledieu*, p. 127. Idem separatim editum, p. 2.

2. *Orator*, XXIII. « Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. »

quod ne umbram quidem nomenve nostrae locutionis praebere videatur. Id sane pro sua diuturna cum antiquis, Latinis praesertim, consuetudine, admodum vitavit Bossuet. Quod vero cum non omnibus forsan, nec certe mihi, obtingeret, aggredi minime sum ausus.

Mitto equidem eam quae minimi momenti sit, curam quam habui recentiorum nominibus propriam genuinamque servandi formam, ne nostrates alieno habitu, externo nimis et adventicio, quasi mutati, aut vix agnoscantur, aut saltem non multo vel nullo emolumento, translati videantur aut hospitio recepti. Parum sane ad Latini sermonis puritatem confert quod, ut prorsus vitetur vel minima vernaculae linguae species, ne scribam *Boileau* vel *Bourdaloue*, utriusque nomen quasi peregrina veste indutum in *Bolaeum* vertam aut *Bordaloeum*. Planior tamen ut appareat sensus neve subobscurus evadat, eo quod *articuli nostri* Latine loquenti desint, curavi ut casus in quo adhibeantur huiusmodi nomina, cum deficiente flexione non pateat, ipsa dispositione verborum aut adiunctis vocibus significaretur.

Idem prope dicendum est, quantum arbitror, de documentis ac testimoniis quae tum ipsa in disputatione notationibusque cuilibet fere paginae subiectis, tum multo saepius in supplementis ultimisve appendicibus relata sunt.

Etenim quae Gallice a nostratibus dicta laudantur, haec in Latinum sermonem minime vertenda esse existimavi. Ceterum non adeo inaudita censenda est ea ratio agendi qua, in medio opere Latino aut inter eiusdem additamenta,

adscribantur nonnulla recentioribus linguis scripta quae ad confirmandum propositum faciant [1].

Etiamsi autem quid novum inusitatumque tentasse me faterer, tamen ut paululum mihi detur veniae, culpam hoc esse materiae rerumque quas adfero, causari mihi liceat. Aliqua enim cum casu et forte recenter inventa fuerint quae tum studiis de Bossuet iamdiu susceptis, tum ipsius fortasse operibus addi debeant, haec sane nusquam opportunius quam hic in publicum proferenda esse arbitratus sum.

Haec igitur velim, postquam, hac in disceptatione mea, libata fuerint primoribusque, ut aiunt, labris gustata, eadem deinceps, optimis auspiciis, omnibus patere nec minus commendari.

1. Huiusmodi exempla non desunt e thesibus non spernendis deprompta, quae recensere longum sit, ceteroqui minus necessarium. Haud pauca enim tum Gallice, tum Germanice aut Anglice passim relata sunt, saltem infra paginas in omnibus fere disputationibus Latinis quae circumferuntur. Unum tamen prae ceteris libellum indicare iuvat, cuius argumentum simillimum videatur ipsi materiae huius mei operis. In thesi quippe « *De Johanne Nicotio philologo* », quam « proponebat Facultati Litterarum Parisiensi Maxime Lanusse » (typis mandabatur Gratianopoli, anno 1893), cum propter viri de quo agebatur aetatem (1530-1604), tum ex Gallicis vocabulis quae suo in opere *Trésor de la Langue françoise* Nicot ille collegerat, sat multa vulgari idiomate inter reliquam Latinam scriptionem interponenda fuerunt Quod vero cum sit paene ipsius materiae vitium, ita praedictae thesi videtur cum ea quam ipse sum aggressus commune esse, ut utrique operi, eo quod aequales sint partes eademque ratio, parem quoque veniam concedi posse nemo miretur.

ANTIQUORUM CODICUM MANUSCRIPTORUM
RECENTIORUMQUE LIBRORUM
QUIBUS IN HOC OPUSCULO CONFICIENDO UTENDUM FUERIT

INDEX

SUMMATIM COLLECTUS

I. Manuscripti codices Parisiis, Ambiani, Meldis asservati.

Parisiis in Bibliothecis Publicis asservatur maior pars codicum manuscriptorum, qui sic inscribuntur :

BIBL. NAT. Fr. 11.569. *Registre des professions... de Faremoutiers.*

— Fr. 12.451. *Lettres de Bossuet*, f. 682, *Méditation sur le Commandement d'aimer Dieu.*

— Fr. 15.181, p. 155 eadem meditatio legitur paucis mutatis verbis. — P. 103. *Avis à une Communauté de filles.* — P. 111. *Extrait d'une lettre, acte d'abandon.* — P. 413. *Sur l'union.*

— Fr. 22.498, pp. 424-439. Oratio in Synodo Parisiensi.

— Fr. 24.082. *Mémoires de Ph. Gourreau*, pp. 781 et seq. De Synodo Parisiis habita (1665).

— Fr. 24.719, f. 509. *Moyens de faciliter et perfectionner la conversion de ceux qui sont séparez de l'église catholique*, etc

BIBL. DE L'ARSENAL. Ms. 674, fol. 369-380. Relatio primae visitationis in monasterio Iotrensi factae.

— Ms. 5835. *Reflections chrestiennes sur les parolles de saint Paul :* Vous estes morts, etc. *

BIBL. MAZARINE. Ms. 1167 (quondam 2279). *Œuvres de Jacques-Bénigne Winslow converti du protestantisme au catholicisme romain.*

* C'est l'écrit généralement connu sous le titre de *Discours sur la vie cachée en Dieu.*

In Seminario Sancti-Sulpici. *Procès-verbaux des visites pastorales faites par Bossuet.*

In codice manuscripto ab ipso *Ledieu* collecto : *Epitaphe de Bossuet.*

Variae chartae manu ipsius *Floquet* scriptae servantur, quas quondam legeram dum illas habuit D. *Pépin,* degens in urbe *Falaise.*

In Collectione Manuscriptorum Codicum, *apud* D. *La Caille,* Parisiis. *Délibération du présidial de Meaux, 1696.*

Ambiani. In Bibliotheca civitatis. Ms. 36. Fonds *Lescalopier,* quondam 1656 aut F. 1817. *Catéchisme pour Monseigneur le Dauphin,* 1674.

Meldis. In Bibliotheca civitatis. Ms. 112. Testimonium a Bossuet consignatum, 1 Iulii MDCCIII.

Recëuil (*sic*), in-fol. de Nicolas Payen (codices nondum catalogo inscripti), 2 vol. in-fol.

Ms. 42. *Histoire de la Maison ou Monastère de saint Fiacre.*

Ms. 78-83. *Mémoires* de Pierre Janvier, 7 vol. in-fol.

— In Bibliotheca maioris Seminari. Carton D, num. 5.

Ordonnance de Visite de l'abbaye de Faremoutiers.

Devoirs d'un maître d'école chrétienne.

Devoirs généraux d'un clerc d'Eglise.

Omnino aequum est me grati animi sensa proferre in eos omnes quorum opera adiutus, codices laudatos invisere potui, et in primis, cum Reverendum Superiorem Meldensis Seminari maioris, tum doctissimum D. Eug. *Lévesque*, cui cura Bibliothecae commissa est in Seminario Sancti-Sulpici.

II. Tituli librorum e quibus aliqua desumpta sunt.

N. B. Operum Bossuet plures editiones attuli in eius testimoniis exscribendis, at non temere. Editionem enim a *Lebel* datam elegi in iis operibus adferendis in quibus nulla mutatio facta est a D. *Lachat*. Litteras vero quae ut plurimum is emendaverat ex eius editione hausi : contiones autem, prout decebat, cum ex *Operibus* a *Lebarq* editis, tum ex optimo libro nuper a D. *Urbain* dato cui titulus est : *Sermons choisis.*

En habes primum, ordine temporum enumeratas, editiones varias quibus usus sum.

Œuvres de Messire Jacques-Bénigne Bossuet. Paris, 1772-1788, 18 t. en 19 vol. (Cf. Urbain, *Bibliographie de Bossuet*, p. 19, n. 6).

Sermons de Messire J.-B. Bossuet. Paris, Boudet, 1772, puis Lamy, 1789, 17 vol. in-12. Cf. *Ibid.* p. 16, n. 12, ubi tamen solum indicantur prioris partis novem volumina apud *Boudet* edita.

Œuvres de Bossuet. Versailles, Lebel, 1815-1819, 43 vol. in-8.

Œuvres complètes de Bossuet..., par F. Lachat. Paris, Vivès, 1862-1866, 31 vol. in-8.

Œuvres... etc... par l'abbé Guillaume. Bar-le-Duc, 1877, 10 vol. in-4. Ex hac, tomo IX, desumpsi litteras ad *Huet* et reliqua huiusmodi quae in ceteris editionibus desiderantur.

Œuvres oratoires de Bossuet, édition critique complète, par l'abbé J. Lebarq. Lille et Paris, Desclée, de Brouwer et Cie, 1890-1897, 7 vol. in-8.

Urbain (Ch.), ancien élève de l'École pratique des Hautes Études, docteur ès-lettres. *BOSSUET, Sermons choisis.* Paris, V. Lecoffre, 1900, in-12, XXVII-560 pp.

Opera critica vel historica, scriptorum ordine indicata.

Alembert (d'). Éloge de J.-B. Bossuet au t. I de l'*Histoire des membres de l'Académie française,* et notes au t. II. Paris, 1787, in-12.

Bellon (l'Abbé E.). *Bossuet directeur de conscience.* Paris, Bloud et Barral, 1895, in-8.

Bourseaud (l'Abbé H.-M.). *Histoire et description des manuscrits et des éditions originales des ouvrages de Bossuet.* Paris, Picard, nouvelle édition, 1898, in-8.

Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques publiques de France, t. III, Meaux ; t. VIII, La Rochelle ; t. XXIII, Bordeaux, etc... Paris, Plon, in-8.

Dangeau (*Journal* du marquis de...), avec les additions inédites du duc de Saint-Simon publiées par Feuillet de Conches. Paris, Didot, 1856, in-8.

Dejob (C.). *De Renato Rapino.* Paris, Thorin, 1881, in-8.

Delmont (le chanoine Théodore). *Bossuet et les saints Pères.* Paris, Putois-Cretté, 1896, in-8.

Doncieux (G.). *Le Père Bouhours.* Paris, Hachette, 1886, in-8.

Druon (H.). *Bossuet à Meaux,* dans le *Correspondant,* sept.-oct. 1899. Paris, Lethielleux, 1900, in-18.

Floquet (A.). *Études sur la vie de Bossuet jusqu'à son entrée en fonctions en qualité de précepteur du Dauphin,* 1627-1670. Paris, Firmin-Didot, 1855, 3 vol. in-8.

— *Bossuet, précepteur du Dauphin fils de Louis XIV et évêque à la Cour* (1670-1682). *Ibid.*, 1864, 1 vol. in-8.

Gallia christiana, t. VIII, col. 1658 et seq., de episcopatu Meldensi. Cf. t. II, col. 972, de Condomensi.

GASTÉ (A.). *Bossuet en Normandie*. Caen, Delesques, 1893, in-8.

— *Deux lettres inédites et documents nouveaux pour servir à l'histoire de son épiscopat à Meaux*. Caen, Delesques, 1890, in-8.

— *Lettres et pièces inédites ou peu connues*. Caen, Delesques, 1893.

Gazette de France, 1660-1704.

GRISELLE (Eug.), S. J. *Manuscrits de Bossuet aux Archives communales de Lille*. Le panégyrique de saint André, et quatorze lettres. *Études religieuses*, 5 mai et 5 juin 1898.

— *Une œuvre inédite de Bossuet*, le Catéchisme pour le Dauphin, *ibid.*, 20 nov. 1898.

— *A propos du Monument de Bossuet*. *ibid.*, 20 déc. 1898; tiré à part, *Les principaux portraits de Bossuet*. Paris, Dumoulin, 1900, in-8, pp. 24.

— *Lettres de Bossuet révisées sur les manuscrits autographes* dans la *Science Catholique*, février, mars et juillet 1899 ; tiré à part. Arras-Paris, Sueur-Charruey, 1900, in-8, pp. 84.

— *Quelques documents sur Bossuet*, dans la *Revue des Sciences ecclésiastiques*, oct. 1899 ; tiré à part. Lille, Morel, 1899, in-8, pp. 24.

— *Un fragment inédit de Ledieu sur l'éducation du Dauphin*, dans la *Revue d'Histoire littéraire de la France*, 15 janvier 1900 ; tiré à part. Paris, Colin, 1900, in-8, pp. 18.

— *Bossuet, abbé de Saint-Lucien les Beauvais*, (en cours de publication), dans la *Revue Bossuet*, 25 janvier, avril et octobre 1900.

GUERRIER (L.). *Madame Guyon, sa vie, sa doctrine et son influence*, Orléans, Herluison ; Paris, Didier, 1881, in-8.

Inventaire sommaire des Archives départementales antérieures à 1790, Seine-et-Marne. Paris, 1864, in-4.

JANET (P.). *Bossuet moraliste*, dans la *Revue des deux mondes*, 15 août 1886, pp. 816-862.

JOVY (Ern.). *Une oraison funèbre inconnue de Bossuet*, in-12. Vitry-le-François, 1898.

— *Bossuet et la Visitation de Meaux*, dans la *Revue Bossuet*, 25 juillet 1900, pp. 178-180 et brochure. Vitry, Tavernier, 1900, in-8, 19 pp.

LANSON (G.). *Bossuet*. Paris, Lecène et Oudin, 1893, in-12.

LA BROUE (De), évêque de Mirepoix. *Oraison funèbre de Très-haute, très-puissante et très-excellente Princesse Madame Marie-Anne-Christine de Bavière, Dauphine de France*. Prononcée le 5e juin en l'Eglise de l'abbaye de St Denis en

France par Messire Pierre de la Broüe Euesque de Mirepoix, conseiller du Roy en ses conseils d'Estat et priué. En présence de Monseigneur le Duc de Bourgogne, de Monsieur, de Madame, des Princes et Princesses du sang. M.DCXC, in-4. pp. 51.

Lebarq (l'Abbé J.). *Histoire critique de la Prédication de Bossuet* d'après les manuscrits autographes et des documents inédits. Lille et Paris, Desclées, de Brouwer et Cie, 1888, in-8, pp. 469.

Cf. supra : *Œuvres oratoires...*

Ledieu (l'Abbé). *Mémoires et Journal sur la vie et les ouvrages de Bossuet*, publiés pour la première fois d'après les manuscrits autographes, et accompagnés d'une introduction et de notes par M. l'abbé Guettée, 3 vol. in-8. Paris, Didier, 1856.

Lehanneur (L.). *Mascaron d'après des documents inédits*. La Rochelle, Siret, 1878, in-8.

Liste (La) *générale de tous les prédicateurs qui doiuent prescher le Caresme (ou l'Aduent) de la présente année...*, etc. A Paris, chez Mathieu Collombel, etc... Recueil à la Bibliothèque Nationale de 1643-1689, 2 vol.; in-4, (L k7 6743, Réserve).

Longhaye (G.), S. J. *La Prédication, grands maîtres et grandes lois*, Ch. VI, Bossuet, pp. 187-227. Paris, Retaux, 1888, in-8.

— *Histoire de la littérature française au XVIIe siècle*, t. II, Livre IV, pp. 207-356. *Ibid.* 1895-1896, 4 vol. in-8.

Loret (Jean). *La Muze historique* ou recueil des lettres en vers contenant les nouvelles du temps écrites à son Altesse Mademoizelle de Longueville, depuis duchesse de Nemours (1650-1665), par J. Loret, nouvelle édition... par Ch. Livet. Paris, Daffis, 1857, 4 vol. in-8.

Mercure galant, de 1672 à 1704.

Plieux (Amable). *L'Episcopat de Bossuet à Condom* (1669-1671). Bordeaux, Lefebvre, 1879, in-8, pp. 48.

Raveneau, curé de Saint-Jean-les-deux-Jumeaux. *Journal*, cité par Réaume.

Réaume (le chanoine). *Histoire de Jacques-Bénigne Bossuet et de ses œuvres*. Paris, Vivès, 1869, 3 vol. in-8.

Rébelliau (Alf.). *Bossuet*, dans l'*Histoire de la langue et de la littérature française* publiée sous la direction de L. Petit de Julleville, t. V, pp. 260-343.

— *Bossuet* dans la collection les Grands Écrivains français. Paris, Hachette, 1900, in-12, 207 pp.

Revue Bossuet. Œuvres inédites, documents et bibliographie, revue trimestrielle (1900-1904) publiée sous le patronage du comité pour le monument de Bossuet et sous la direction

de E. Lévesque, bibliothécaire du Séminaire Saint-Sulpice. Paris, bureaux du *Correspondant*, 1900. V. pp. 52-56 et 108-112, etc. *Extraits des procès-verbaux des visites pastorales faites par Bossuet.*

Rochart. *Journal historique ou grand recueil du sieur Rochart*, prout excerptus est apud *Lebarq* et alios.

Saint-Simon. *Mémoires*, éd. de A. de Boislisle (Collection des grands écrivains de la France). Paris, Hachette, 1879-1901. 15 vol. in-8.

Sourches (Marquis de). *Mémoires sur le règne de Louis XIV*, publiés par le comte de Cosnac, Arthur Bertrand et Edouard Pontal. Paris, Hachette, 1882-1893, 13 vol. in-8.

Toussaint-Duplessis (Dom). *Histoire de l'Eglise de Meaux*, Paris, 1731, 2 vol. in-4.

Treuvé. *Sermons*, dans les *Orateurs sacrés* (Migne), t. xiii.

Exstant eiusdem contiones ignotae quae quondam habitae sunt ut ipsius Bossuet, et in publicum edi mereantur.

Urbain (Ch.). *Bibliographie critique de Bossuet.* Paris, Fontemoing, 1900, in-8, pp. 31.

— *Notes critiques sur le texte des Mémoires et du Journal de Ledieu* (extrait de la *Revue d'Histoire littéraire de la France*, 15 oct., 1897, et 15 juillet 1898) pp. 78, in-8.

Vaillant (l'abbé Victor). *Etudes sur les sermons de Bossuet d'après les manuscrits.* Paris, Plon, 1851, in-8, pp. 258.

Ad haec addere libet opus, cui titulus est *Manuel d'orthographe latine, d'après le Manuel de W. Brambach, traduit... par F. Antoine* (Paris, Klincksieck, 1881). Hoc quippe partim saltem secutus sum in eligendo modo scribendi. Etsi non omnia quae suadet potius admittenda suscepi, ea tamen quae vetat vitanda esse duxi. Multa enim ab eo sapienter dicta in praefatione et passim, hic advocare longum sit, quibus meum agendi modum defendam. Haec exempli causa adfero. « *Il n'y a aucun inconvénient à conserver, pour la commodité de l'écriture,* u *et* v. *Il faut seulement nous rappeler que cette distinction est tout à fait conventionnelle et arbitraire, et ne repose sur aucun fait historique. Mais le signe* j *est absolument étranger à l'antiquité et il faut le rejeter des textes latins, d'autant plus que cette lettre est parfaitement inutile* » (P. 6). Unum tantum consulto reliquisse me fateor ex praeceptis in libello positis, de duplici *i* in genitivo substantivorum *ius, ium* (p 33). Cum enim id ante Caesaris Augusti aetatem non fuerit in usu, in *Tulliana* scriptione unico *i* voces huiusmodi scribendas esse duxi.

Ceterum plura non omnino inter se consentire quis prohibere potest ? Itaque totiens me mecum non fuisse consentaneum obicere fas erit. Sit in exemplum vox *dies*, cui semper masculinum genus adfixi. Excipienda tamen mihi visa est iunctura verborum *dies Dominica*, tum propter usum consuetum, tum propter auctoritatem alicuius operis quod sic habet :

Dominicus dies, Pascha, le jour de Pâques (*Passim*).
Dies Dominica. Domini, le dimanche (*Passim*).

(*Lexicon manuale ad scriptores mediae et infimae latinitatis*, par W.-H. Maigne d'Arnis (Collection Migne), col. 755, V° *Dominicus*. Cf. tamen *Addenda* et *Errata*.

Sescenta autem sunt huiusmodi quae referre non vacat.

PARS PRIOR

CAPUT PRIMUM

QUANTUM NECESSE SIT HISTORICUM HOMINEM AD VITAM IACOBI-BENIGNI BOSSUET MAGIS COGNOSCENDAM, DE ILLO EIUSQUE DEPERDITIS CONTIONIBUS ACCURATIUS INVESTIGARE, ANNALIBUSQUE AUT COMMENTARIIS TESTIBUS UTI, QUI IPSIUS AETATE SCRIPTI FUERINT.

Norunt profecto omnes omnium contionum quas tam diu tamque saepe habuit Bossuet, eo praesertim tempore quo, pro munere suo, Meldensem dioecesim quotannis visitavit, minimam certe partem esse asservatam. Huiusmodi autem reliquiae, etsi sane ad eius perspiciendum ingenium satis sunt, tamen quanti meriti et laboris fuerit eius vita, prorsus in spargendo verbo divino impensa, non ita declarant.

Quotiens igitur Bossuet verba ad populum fecerit, quam multis sacerdotalis offici muneribus functus sit, inquirere operae pretium est, ut ipsius agendi ratio innumeris diversisque distracta et quasi dilaniata curis, qualis fuerit appareat.

Quis non miretur hominem, qui tanta condicionis suae munera obierit, tot scripsisse libros tempusque ad studendum invenisse? Nemo est profecto qui eum in scribendo et legendo assiduum fuisse nesciat aut vitam eius otio deditam esse arbitretur. Quod enim adolescenti sodales obiciebant, tempore quo *Bos suetus* aratro dicebatur, ad ultimam usque senectutem iure dictum esse asseverant, quotquot Meldensem episcopum diu noctuque sacris addictum lectionibus ostendunt, variisque testimoniis magnum eius exstitisse laborem uno ore conclamant. Res quippe nota est atque pervulgata civitatis episcopalis incolas, statim ac noctis tempore lampadem in cubiculo Bossuet accensam videbant, solitos esse dicere : « *Voici l'étoile de Monseigneur* [1]. » Paucos etiam invenies qui non audierint « hortulani querelas », qui, cum in praedio, quod Latinis versibus *Santeul* [2] celebravit, arbores non satis domino suo notas colere se doleret, futurum fuisse ut attentius sua respicerentur opera, si veterum Patrum scripta, non plantas et surculos sevisset, dictitabat [3].

---

1. Cf. infra ad diem XVII decembris MDCXCI.

2. *Joannis Baptistae Santolii Victorini Operum omnium* editio secunda .. Parisiis, apud Dionysium Thierry, viâ Jacobeâ, sub signo Urbis Lutetiae, M.DC.XCVIII, tomus secundus, p. 51 : In villam illustrissimi Ecclesiae principis Jacob. Benign. Bossuet, episcopi Meldensis.

> *Germinii colles vos et nemora alta, recessusque*
> *Umbriferi silvarum.*

3. V. *Histoire des membres de l'Académie françoise* morts depuis 1700 jusqu'en 1771..., par M. d'Alembert..., t. I, p. 136. Paris, 1777, in-12. — Cf. *Bossuet en Normandie*, discours de M. A. Gasté, 3 novembre 1893, à la rentrée solennelle des Facultés... de Caen. (Delesques, 1893, in-8), in quo legitur, p. 9 : « Dans sa Correspondance, il n'y a rien, absolument rien qui nous dise que le grand prélat ait daigné abaisser son regard d'aigle sur la nature indifférente et muette pour lui. » Haec eximii professoris verba, ceterum facete dicta ad salem orationi aspergendum, carpere noluerim. At litterarum a Bossuet datarum ad Dominam *d'Albert* sententiam excerpere liceat qua, praeter consuetudinem forsan, orientis solis spectaculo se perculsum esse fateatur : « Il y a aujourd'hui huit jours, qui était le jour de l'Ascension, *qu'il sortit,* en voyant le lever du soleil, une hymne en françois sur ce mystère... Je ne fais des vers que par

Haec autem, etsi cognoscuntur passim ab omnibus, non impediunt quin non pauci fingant Bossuet integros dies totamque paene vitam in libris pervolvendis impendisse, aut ignorent eum annis praesertim quibus Meldensis praesul fuit, innumeris episcopalis vitae curis distentum, tempus non minimum in minimis pastoralis offici insumpsisse muneribus.

Si enim excipias annos circiter decem quos, cum Serenissimi, ut aiebant, Delphini magisterium ageret, totus iis curis exhausit quae contionandi partes ipsum vetabant adimplere, maiorem sane aevi sui decursum in doctrina christiana et sacris orationibus proferendis confecit. Immo etiam diebus quos cum alumno regio vixit, sacrum sacerdoti ministerium animarumque curam non reliquit. Multae sunt enim occasiones quibus vi muneris sui adductus est (vices quippe gerebat *Eleemosynari primarii* apud Principem cuius instituendi officium susceperat) non solum ad sacra diebus festis facienda, sed baptismum solemni ritu conferendum, et praecipue ad docendos catholicam

---

hasard, pour m'amuser saintement sur un sujet pieux, *par un certain mouvement dont je ne suis pas le maître* ». Miramur profecto huiusmodi poeticum adlatum invasisse Bossuet, ac multo magis versus ipsos de quibus loquitur legenti fatendum est non sine causa eum in iisdem litteris addidisse : « Ne parlons pas de me divulguer comme faisant des vers. » (Lachat, XXVIII, p. 280.) Lyricum enim impetum felicius in contionando laudesve funebres dicendo nactus est Bossuet, quam in carmine his incipiente verbis :

Lève-toi, père du jour,
Et dans ton plus bel atour
Viens commencer ta carrière :
Aujourd'hui vers les hauts lieux
D'où s'élève ta lumière,
Montera le roi des cieux.

(Lachat, XXVI, p. 102.)

De modo quo res naturales aut caeli terraeque conspectum senserit Bossuet, legendum est caput XXXII, quod incipit : *Je me suis levé pendant la nuit...* in libro *Traité de la concupiscence.* Lachat, VII, p. 482. — Haec praeclare admodum videbat callidus litterarum existimator in libro aureo quem de Bossuet scripsit, D. G. Lanson. (*Bossuet*, 1891, ch. I, *l'Homme et l'écrivain*, p. 50).

religionem candidatos non raros, qui haereticorum partes declinabant.

Non esse praetermittenda testimonia ducendum est quae sacris muneribus addictum Bossuet ostendunt, eo quod eius vitam ad in aula penitus et in dies cognoscendam iuvant. Huiusmodi vero leguntur non ita raro in publicis ephemeridibus, quibus titulus est *Gazette de France* vel *Mercure galant*. Haec vero, etsi sat accurate collegit *Floquet*, et feliciter usurpavit in libris de vita Bossuet scriptis, tamen, quia is opus non confecit neque integram episcopi Meldensis agendi rationem potuit enarrare, neglegere non licet.

Alia est etiam ratio cur vel minima de Bossuet documenta colligenda esse videantur. Nullus qui, hodiernis praecipue temporibus, de privata nostri Bossuet multisque rebus ad tempus eius pertinentibus diversa scripta legit, nescit quantopere iuvemur his voluminibus quae *Ledieu* in horas, ut ita dicam, scripsit, quibus titulus inscribitur *Journal de Ledieu*. Quod autem testis assidui documentum, ex quo cottidianam Bossuet vitam deprehendimus, cum quatuor tantum ultimos annos complectatur Meldensis episcopi, iam collectis passim aliis testimoniis, in annos anteriores, in quibus deficit, quasi restitui posse arbitror, donec reliquum opus, hodie deperditum, inveniatur [1].

Non equidem diffiteor hunc commentarium, quo acta diurna Meldensis episcopi undique collecta, duo post saecula, e factis apud diversos testes disseminatis, praeteritae eius vitae seriem retexere ausus sim, male in operis

---

1. Cf. Ch. Urbain, *L'abbé Ledieu, historien de Bossuet, Notes critiques sur le texte de ses Mémoires et de son Journal, Revue d'histoire littéraire de la France*, 15 octobre 1897, et tirage, p. 4. « Peut-être quelque chercheur à la main heureuse tombera-t-il sur la copie complète de Guillon de Montléon, ou nous rendra-t-il même l'autographe égaré qui contenait sans doute la partie la plus importante de la vie de Bossuet : car Ledieu était entré en 1684 dans la maison de l'évêque de Meaux. »

Ledieu locum posse suffici. At non eadem erit utriusque operis condicio neque idem finis. Quaecumque porro apud *Ledieu* quaeruntur, verba scilicet et sensa ipsius Bossuet aut eorum quibuscum vivebat, haec sane in hoc meo syllabo sive indice vitae eiusdem pastoralis, quanquam eum ope antiquorum testimoniorum conficere tentavi, minime exspectanda sunt. Nihil enim nisi quid egerit (rebus quae ad pastoris provinciam referuntur tantummodo perspectis) quidve dixerit Bossuet, quotiens id memoriae relatum fuerit, in ordinem temporum referre conatus sum.

Quae igitur suo quaeque loco, anno, mense, die disposita, quanquam ipsam viri historiam non efficiunt, ei tamen qui ad vitam huius *sine ira et studio* enarrandam, quod nemo in hunc diem fecit, aggredietur, materiem seu rerum silvam adferent. Idem vero commentarium iam quanta in animarum gratiam fecerit Bossuet, atque etiam qualis fuerit eius eloquentiae pastoralis amissarumque contionum natura, nos forsan docebit. Tot enim quas habuit orationum memoria non facile praetereunda est. Eo autem accuratius videtur asservanda esse quod saepe, aetate praesertim qua Meldensem campum assidue peragravit, verborum quae nemo excipiebat, vix ullum praeter tempus quo dicta sunt, vestigium remaneat.

Nullus quippe negat thesim quae inscribitur *Histoire critique de la Prédication de Bossuet* a desideratissimo *Lebarq* tanta cum laude esse institutam, ut in eo opere appareat quantum laboris impenderit Bossuet in meditando vel in agendo.

Nous usons nos esprits, à chercher dans les saintes Lettres et dans les écrivains ecclésiastiques ce qui est utile à votre salut, à choisir les matières qui vous sont propres, à nous accommoder autant qu'il se peut à la capacité de tout le monde... Nos peines, nous ne vous les reprochons pas : après tout, c'est notre devoir ; si le

travail est fâcheux, l'oisiveté d'autre part n'est pas supportable [1].

Quo autem iure haec oratoris verba prolata fuerint, satis superque demonstrant tum præclara illa disputatio qua tot Bossuet contionibus, suum cuique tempus assignatum fuerit, tum in primis ipsa oratoris *Opera*, patienter e manuscriptis paene eruta, et vere restituta. Cuilibet enim evolventi cum edita *Opera*, tum duplicem indicem orationum quae, etsi non exstant, saltem commemoratae sunt, perspicuum est innumeras ferme contiones a Bossuet fuisse prolatas. Nihil igitur opus erat nos doceri illum multum elaborasse, meritoque verbi divini diligentissimum « *seminatorem* » esse vocatum. Eodem in opere aeque patebat pastorem illum, omnibus omnia factum, se ac sua verba ad omnia hominum ingenia sedulo et feliciter accommodasse.

At ex eo quem intendebat fine, praecipua eximii *Lebarq* cura fuit ut illas praesertim scrutaretur contiones quas, propria Bossuet manu scriptas, diligentius atque antea, iuxta oratoris exemplar atque ordine temporum quo unaquaeque fuerat dicta, in medium proferret. Non mirum igitur illum quaedam praetermisisse, quae, cum ad opera oratoris deinceps tradenda non pertinerent, propositae sibi materiae non videbantur. Plura eiusmodi sunt testimonia deperditas iam orationes describentia, quibus iure omnino supersedendum ei fuit. Eadem vero, propterea quod pastoralem illam eloquentiae formam plane attingunt de qua mihi dicendum est, neque omittere neque leviter attingere possum.

Itaque de contionibus ipsis *extemporalibus* (verbo sit venia), quas in utroque indice iam laudato *Lebarq* enumerare contentus fuit, hic non tempus modo, occasionem

1. *Carême des Minimes*, 14 mars 1660, Dimanche de la Passion. *Vaines excuses des pécheurs*, 3e Point. Lebarq, t. III, p. 331. — Eadem iure rettulit *Lebarq*, initio suae disputationis. *Hist. crit.*, p. 3.

aut materiam, sed ipsa eorum qui eas audierant testimonia, aliquotiens saltem, commemorare non inutile erit. Plenius enim mihi videtur cognosci posse Bossuet, si, deficientibus verbis quae protulit, eorum tamen colligantur iudicia qui cuilibet orationi, nobis quidem deperditae, ipsi se adstitisse testificantur. Non raro enim, sin minus res aut argumentum contionis, certe huius quasi umbram nobis referunt.

Nihil autem in magnorum virorum memoria contemnendum esse omnes consentiunt. Immo vero, etiamsi, prout saepius aequo fit, vaga omnino fuerit loquendi ratio qua laudant « orationem, ut aiunt, maxime omnium mirandam, » vel « cui minime gentium ullus unquam parem audiverit, » haec tamen, utcumque est, mentio facta, non adeo spernenda est. Etenim et semper dies quo habita est signatur, et, ut plurimum, eorum qui audierunt nomina ex eadem cognoscimus. Porro non parum facit ad intimam, si ita loqui liceat, saeculi XVII notitiam oculis subiciendam, varias circumstantium personas aut condiciones notare qui, sive in aula regia, sive in templis Parisiacis, oratorum contiones audire consueverant. Minimorum quippe adiunctorum numero, quibus civilis vitae commercium et diversa munia continentur, praeteriti temporis effigies quasi ad vivum depingi et repraesentari aliquando contingit.

Plura igitur huiusmodi commemorare iuvabit passim e commentariis librisque diurnis collecta, tempore ipsius Bossuet scriptis. Quae cum eruditissimum *Lebarq* aliquo modo fugerint, eadem eius operi complendo addi decet.

Quaecumque enim nostri Bossuet vitam, ultimis praesertim annis quos muneri intentus episcopali vixit, veluti in dies et horas enarrare, nobisque eum qualis fuerit ostendere possunt, contemni non decet. Haec igitur vel parvi momenti facta « e quibus vera hominum effigies et vita

constat, » eorum mores, indolem, agendi rationem cottidianam, nostro vivendi modo simillimam, cum depingant, nostra in primis aetate valde requiruntur.

Quod sane quondam sentiebant non pauci Bossuet aequales, prout legitur apud *Ledieu*. Quotienscumque enim is *Commentarios* quos de vita Meldensis episcopi scripserat, privata quadam lectione, cum amicis communicavit, laudaverunt illi « parva et consueta adiuncta quae referenda esse duxisset. » Testem habemus virum qui apprime noverat Bossuet, cum munus « Maioris perpetui » in civitate Meldensi adimpleverit. Hic, nomine Nicolaus *Payen*, postquam opus ab ipso *Ledieu* lectum audierat, dixit : « *Tout cela est peint et fait connoître un homme dont les moindres circonstances de la vie doivent être relevées*[1]. »

Idem omnino censuerunt Seminari Missionum directores, quibus commentarium de Bossuet ostenderat *Ledieu*, nihil scilicet esse demendum ex omnibus etiam minutis rebus ab ipso comparatis, eo quod haec *hominem* faciant, prout vixit, apparere[2].

---

1. Ledieu, *Journal*, t. II, p. 120. « Ce mardi 15 juin (1704), 7 heures du matin, j'ai lu mes *Mémoires* à M. Payen, lieutenant général de Meaux, homme d'esprit, très capable, de bon goût, et qui sait écrire... il dit que les détails des études, loin d'être trop chargés et ennuyeux, font au contraire un grand plaisir, parce que ce sont autant de peintures et de caractères de M. de Meaux étudiant et travaillant pour l'Eglise. » Speramus multa e codicibus aut libris tempore Bossuet factis deprompta, quae ipsum praebent, in obscuro labore, gregi fidelium inservientem, cum non minus episcopi indolem depictam referant, gratissima fore. — Nicolai *Payen* ea legenda sunt quae scripsit ipse de Bossuet vel ad eundem, in duobus voluminibus manuscriptis quae Meldis in Civili Bibliotheca asservantur. Haec integre resumpta invenies in opusculo : *Bossuet, deux lettres inédites et documents nouveaux pour servir à l'histoire de son épiscopat à Meaux* (1682-1704), *par Armand Gasté, professeur à la Faculté des Lettres de Caen*. (*Caen, Henri Delesques, rue Froide, 2, 1890, in-8°, 60 pp. Extrait des Annales de la Faculté de Caen, 6e année, n° 2.*)

2. Ledieu, *Journal*, II, p. 380. « Mercredi 23 juin 1706... j'ai été du matin au Séminaire des missions étrangères... je leur ai lu mes *Mémoires*... Ils ont approuvé ce dessein... et la manière de l'exécuter en entrant même dans tous les détails de l'étude et de la méditation de l'Evangile,

Illud igitur P. Syri meminisse iuvat :

Etiam capillus unus habet umbram suam.

In magnorum enim virorum vita nihil despicere fas est, quo ii nobis meliore quasi in lumine appareant.

Ex documentis autem ab iisdem ad *Ledieu* missis in quibus actum est de necessitudine qua coniungebatur Bossuet cum viris huius Instituti Missionum, illud memoria dignum novimus quo Meldensem episcopum asserunt in sacris ritibus Ecclesiaeque sacramentis conferendis solitum esse miscere brevis adhortationis verba. Id enim declaraverat *Ledieu*, prout legitur in *Commentariis : « C'étoit aussi sa méthode d'accompagner les sacrements et même l'ordination d'une parole d'exhortation courte et vive...* [1] » Quod cum animadverterent Seminari directores, facto quodam firmarunt, addita mentione collati baptismi a Bossuet duobus « paganis », in sacello Missionum, anno MDCXCII [2].

Hoc igitur consueto modo agendi quo Bossuet, teste *Ledieu*, utebatur in sacris quibus fungebatur muneribus, monemur sedulo observanda esse quaelibet testimonia quae, vel episcopatus Meldensis aetate, vel diebus quos in instituendo Delphino in palatiis *Versailles* aut *Saint-Germain* degit, ad eius modum agendi respiciunt.

Venia ergo concedatur patienter colligenti exigua illa documenta quorum ope aliquantulum vitae huius pastoralis perspicere possimus, quae in illo praeclaro viro bonam partem temporis adimplevit. Eo plus enim mirabimur eximiam eius eruditionem eloquentiamque, quo

---

de saint Augustin et autres *dont ils sont d'avis qu'il ne faut retrancher pas la moindre circonstance*, approuvant même la mention des différentes éditions de saint Augustin et autres menus faits, et disant qu'*en cela est véritablement la vie des hommes.* »

1. *Mémoires*, p. 116. Cf. p. 186.

2. V. opus meum *Quelques documents sur Bossuet*, p. 19. Lille, 1900. Extrait de la *Revue des Sciences Ecclésiastiques*, octobre 1899.

magis nota nobis erit intima ipsius agendi ratio. Temporis quippe spatium quod vix ad scribendum, legendum, meditandum quaecumque Bossuet tanto labore egit, sufficiat, cuivis cogitanti quot curis fractum minutumque fuerit, mirum in modum, eam laudem videtur augere quam omnium opinione consecutus est.

Nemini etiam dubium erit Meldensem episcopum, horas integras pauperes rudesque homines docentem, in laboriosa dioecesis suae « visitatione, » non minus omnibus probandum esse quam in maiore basilica, die quo Principis *Condé* funebri laudationi finem faciebat.

« *Heureux si, averti par ces cheveux blancs du compte que je dois rendre de mon administration, je réserve au troupeau que je dois nourrir de la parole de vie les restes d'une voix qui tombe et d'une ardeur qui s'éteint.* »

Haec sane nemini vitam Bossuet pastoralem intuenti mere *verba et voces* esse videbuntur [1].

---

1. Lebarq, VI, p. 418 ; lege notam 1.

CAPUT SECUNDUM

QUAE EX OPERIBUS BOSSUET AB ANNO MDCLVIII AD MELDENSEM EPISCOPATUM CETERIS ADDENDA ESSE VIDEANTUR VEL DISCUTIENDA.

Prae oculis hic haberi iuvat indicem in quem *Lebarq*, sub finem operis *Histoire critique de la prédication de Bossuet*, quamcumque orationum deperditarum mentionem esse factam cognoverat, collegit. Haec autem tabula, quae capite tertio posterioris partis legitur, titulum habet : *Sermons perdus ou improvisés avant l'époque de Meaux* [1]. Illis igitur eximii scriptoris documentis, quibus nostri Bossuet strenuus in iuvandis animis labor commendatur, aliqua etiam addi posse censeo, quae, in hoc capite, prout inveni, proponam. Temporum ordinem, ut ipse *Lebarq* in laudato indice fecit, secutus, ea tantum attingenda esse duxi, in quibus ab ipso dissentiendum mihi fuerit aut quae omiserit, neque eadem quae in eius opere inveniuntur, denuo tractanda suscepi.

Etsi intendimus pastoralem episcopi Meldensis eloquentiam eiusdemque munera quae pastorem decent explicare, non tamen praeter propositum erit quaedam significare quae fecit, tum eo tempore quo sacerdotio et contionandi ministerio fungebatur, tum postquam Condomensem Ecclesiam accepit regendam. Non pauca enim

1. Cf. in opere iam laudato : *Histoire critique*, pp. 285 et seq.

658-1660 sacri muneris officia implevit quibus non satis fortasse usi sunt qui vel minima in eius vita colligebant, prout non sine causa agebat vir ipsi Bossuet deditissimus, *Floquet*, qui raro huiusmodi facta omisit.

ANNO MDCLVIII

Mense Iunio vel Iulio.

Bossuet inter legatos electus ad gratulandam, nomine civitatis Metensis, novam dignitatem qua *Fabert* nuper auctus erat (*brevet de maréchal de France*, XXVI Iunii), ad ipsum verba facit [1]. — Non culpae vertendum est doctissimo *Lebarq* quod haec non indicaverit, eo quod minime « *praedicationis* » seu contionum sacrarum genus attingunt. Attamen, quanquam, eadem de causa, rem nostram pastoralem praetergrediuntur, in hac deperditorum Bossuet verborum serie aliquem locum habent.

ANNO MDCLX

A die XII ad XXII Maii (?), tempore Pentecostes.

Exercitia clericis ad ordines sacros promovendis tradit Bossuet.

Paschalia festa assignavit *Lebarq* in suo indice [2]. Haud scio tamen an testimonium *Ledieu*, qui de his exercitiis denuo in domo Sancti-Lazari datis expresse scribit : « *et en 1660 pour l'ordination de la Pentecôte* », sit omnino praeferendum. Diebus porro Paschalibus non adeo facile huiuscemodi adhortationes forte a Bossuet adderentur suo labori Quadragesimalis stationis apud Patres Minimos [3].

---

1. Floquet, *Etudes sur Bossuet*, t. I, p. 540.
2. P. 287.
3. Minimes de la Place Royale. Lebarq, t. III, pp. 213-427.

Fateor equidem non magni momenti forsan esse hoc argumentum et contiones huiusce anni quae die solum Dominica tradebantur, non multum impedivisse quominus orator ad « ordinandos » adhortationis verba posset habere. Non igitur ita confutatum esse *Lebarq* haud aegre concedam. At gravius ea reprehendenda esse duco quae levius aequo coniecit *Floquet* de *materia* sive argumento orationum his diebus habitarum. Contendit enim ostendere, sed adfirmando, neque argumenta certa praebert, Bossuet in quatuor ex his contionibus, de morte et virtutibus Caroli *de Rochechouart-Chandenier* tractavisse. Unicum autem ad id asserendum adfert testimonium, litteras nempe sancti Vincenti a Paulo, die XVIII Iunii datas, quibus docemur « collationes » nuper esse factas de virtutibus defuncti viri. Hinc temere satis et audacter concludit nullum praeter Bossuet huius laudes potuisse dicere. Haec enim habet : 1660

Vincent de Paul, dans une lettre du 18 juin 1660, parlant des *conférences* faites à Saint-Lazare, *depuis peu, sur les vertus* de l'humble et illustre défunt, nécessairement (?) elles avaient été faites par Bossuet, chargé de toutes les conférences qui eurent lieu, en 1660, à Saint-Lazare, tant le soir que le matin, pour l'ordination de la Pentecôte [1].

At eo infirmior videtur esse allata ratio, quod ab iis diebus quos traditis spiritualibus exercitiis tribuere fas est, nempe circa Maii XII ad XXII (siquidem hoc anno festum Pentecostes XVI Maii actum est), sat temporis usque in Iunii XVIII elapsum est, ut locus adsit pluribus « collationibus » non necessario *soli* Bossuet assignandis.

Ceterum oculis subicienda est ipsa Floquet disputatio, ut quantum robore careat videamus. Suo enim in Bossuet studio captus, non sensit se ea ut certa asserere quae tantum coniciendo mere ficta vel optata excogitaverat.

---

1. Floquet, *Etudes sur Bossuet*, t. II, p. 68 et seq.

1660 Louer avec effusion un tel homme (Chandenier) reconnu de tous pour un saint ; par le récit fidèle et détaillé de sa vie... édifier, instruire tout ensemble et les inconsolables prêtres de la Mission et les ordinands venus là de tous les points de la France... quel autre que Bossuet l'aurait pu faire ?

Haec ille. Nemo sane diffitetur id adeo infirma ratione parum stabiliri. At coniecturis fingendis idem fidentius se tradidit his verbis :

Dans quatre conférences exprès prononcées alors à Saint-Lazare... on *imaginera* [1] ce qu'un Bossuet put dire. Ces conférences ou mieux ces oraisons funèbres ont péri... l'archidiacre de Metz *apparemment* en une si triste conjoncture ayant laissé s'épancher son cœur ému, sans s'être mis en peine de tout écrire.

Minime certe contendo haec fieri non potuisse aut oratorem, inter ipsa exercitia, non laudasse virum sibi plane notum a tempore Missionis Metis habitae anno MDCLVIII. Viginti enim sacerdotibus quibuscum Bossuet laboravit, praefuerat ille *Chandenier*, cardinalis *de La Rochefoucauld* nepos, in docendis rudibus Vincenti a Paulo adiutor haud impiger. Collegam etiam eum habuerat Bossuet, pariterque fere omnes alios eidem muneri contionandi traditos, in concilio illo sacerdotum paucis abhinc annis Parisiis instituto, quod nomen habebat : « *Messieurs de la Conférence des mardis* [2]. »

Attamen, quantumvis verisimilia esse constaret ea quae finxit *Floquet*, nullomodo sunt ideo asserenda. Illum sane, in re non maximi momenti, gravius reprehendere nolim ; sed liceat huius minimi facti opportunam occasionem arripere, ut ostendam quantum intersit historicum hominem severam a seipso rationem exigere.

Ex ipsis enim quibus uti fas est documentis, « colla-

1. Hoc sane vocabulo scriptor noster seipsum conficit, praebetque *confitentem reum*.

2. Cf. *Lachat*, t. XXVI, pp. 121-133, His litteris apparet quantum in pastorali munere ardorem habuerit archidiaconus Metensis. Vid. praesertim, p. 132, notam (*a*), sub finem.

tiones » seu orationes quae Bossuet ipsi tribuuntur, postea tantum habitae sunt ab ipso Vincentio, aut ut rectius dicam, ab omnibus sacerdotibus Missionariis Sancti-Lazari. Legitur enim epistula a Vincentio scripta die XXVIII mensis Maii, qua haec docemur : 1660-1661

Nous devons nous entretenir ce soir *de ses vertus admirables (de M. de Chandenier) qui sont plutôt les vertus de Notre-Seigneur exercées par lui en ce sien serviteur* [1].

Colloquium autem, de quo in litteris fit mentio, esse non videtur adhortatio qualem coniecerat *Floquet*, nec proprie *oratio*, sed iuxta modum agendi, congregationi Missionis iam proprium, privata quaedam et familiarissima collocutio, qua unusquisque quicquid meritorum in defuncto animadverterat, « ad communem, ut aiunt, aedificationem », cum ceteris eiusdem conventus communicaret. Sic enim paucis post diebus colloquium factum esse constat de sanctissima femina, cuius ope Sorores seu Puellas *a Caritate* dictas Vincentius instituerat, die XV Martii eiusdem anni defuncta [2].

ANNO MDCLXI

II februarii.

De illa contione plura leguntur apud *Lebarq* [3] quibus contradicere non ausim. Satis sollerter demonstrat erra-

---

1. *Lettres de saint Vincent de Paul*, Paris, Dumoulin, in-8, s. d., t. II, p. 449. Notandum est hunc diem ipsum esse *extra* tempus exercitiorum quae ad ordinandos tradidit Bossuet. Nihil profecto impedit quin, cum allatum est de morte D. *Chandenier*, qui obiit in civitate *Chambéry*, III Maii, inter secessum, qui videtur die XII Maii incepisse, Bossuet laudaverit hominem sibi carissimum. Sed, ut verbis utar « scholae propriis », quia « *ab actu ad posse* » concludamus licet, non ideo in contrarium convertendum est dictum. Immo norunt omnes non valere « *a posse ad actum* » illationem.

2. Mgr Baunard, *La Vénérable Marie de Marillac*, Poussielgue, 1898, in-8, p. 616. Cf. p. 622.

3. *Hist. crit.*, p. 184 et *Opera oratoria*, t. III, p. 543 ; t. IV, p. 50.

1661 visse eximium *Gandar* in « summario » huiusce contionis anno sequenti attributo. *Lebarq* autem *argumento* illo quod edidit eundem ordinem referri censet quem in contione sua apud Carmelitas tenuit Bossuet, die II februarii. Animadverto equidem tres partes quae in summario tractantur, etsi quoque inveniuntur in *Commentariis* a *Ledieu* scriptis [1], inverso tamen ordine tradi. Id autem cum non satis sit ut nos contionis huius diei materiam saltem hic habere negemus, non ita curandum est. Oportebat enim, etsi breve argumentum orationis deperditae fortasse servatum est, hanc tamen amissam orationem, suo loco in indice earum quae perierunt, non omitti.

Huius orationis occasione coniciebat *Floquet* poetam *Santeul* inter adstantes oratori esse adnumerandum :

> Santeul était là ; son *Stupete gentes* en fait foi ; et dans la belle strophe : *Ara sub una*, il se souvint du plan d'un sermon qui l'avait charmé [2].

Sed, pace eius dicam, carminis versibus quibus utitur *Floquet*, non certo indicari possunt ea quae adfirmat.

Haec enim habet Bossuet :

> Trois sacrifices : Siméon immole l'amour de la vie, et c'est le sacrifice de la charité ; Anne, le repos des sens, et c'est le sacrifice de la pénitence ; Marie, la liberté de l'esprit, et c'est le sacrifice de l'obéissance [3].

Si quis autem in memoriam revocet quid dixerit orator in partitione orationis suae de Christo semetipsum offerente, non necessario idem versibus *Santeul* esse expressum arbitretur. Etenim en eius verba :

Ara sub ipsa se vovet hostia
Triplex : honorem virgineum immolat

---

1. *Mémoires*, p. 73.
2. Floquet. *Etudes...*, t. II, p. 123.
3. Lebarq, t. III, p. 543.

Virgo sacerdos, parva mollis 1661
Membra puer, seniorque vitam [1].

Immo ad haec invenienda quae in sacris hymnis satis trita habenda sunt, minime necesse erat Bossuet dicentem a poeta esse auditum.

XVIII Martii, feria VI post Dominicam quadragesimae secundam.

Praeter stationem quadragesimalem ad Carmelitas, hoc anno, duas contiones *ad neocatholicas* Bossuet habuisse fertur ex *Indice Praedicatorum* [2].

Fateor me non invenire in hoc indice tertium quadragesimae Veneris diem de quo *Lebarq* initio quarti tomi Operum Bossuet loquitur :

En 1661, outre le Carême des Carmélites, Bossuet est annoncé comme devant prêcher le 18 mars (troisième vendredi) aux Nouvelles Catholiques [3] ...

At, si revera bis praeter stationem praecipuam locutus est, cum unam tantum orationem coniciendo invenerit *Lebarq*, cuius fragmenta legimus [4], inter contiones amissas una e duabus erit, quod hic facimus, ponenda.

Unam autem huius anni deperditam orationem in indice *Lebarq* videmus ad diem Martii xx, seu tertiam quadragesimae Dominicam, cuius novimus argumentum, si tamen ex locis ubi ad hanc contionem remittimur coniectura fortasse id assequi valeamus. In oratione enim

1. *Hymni sacri et novi, auctore Santolio Victorino*, editio novissima, Amstelodami, ex Officina Westeniana. MDCCLX, p. 53.

2. *La liste générale de tous les prédicateurs qui doivent prescher le Caresme de la présente année 1661 en la ville et fauxbourgs de Paris*. A Paris, chez Matthieu Collombel, rue Neuve-Sainte-Anne du palais, in-4, 12 p., MDCLXI (Bibl. nat. L^{7}k6743, Réserve), p. 12 : « Aux nouueaux convertis à la Foy, ruë de Seine près saint Victor. Pour les samedis de Caresmes.... le 4. Monsieur l'Abbé Bossuet. »

3. T. IV, p. 1.

4. *Loc. cit.*, pp. 1-6.

1661-1662 quam Dominica sequenti *de Ambitione* habuit, sub initium puncti primi dicebat :

Ne disions-nous pas dimanche dernier, que le grand crédit des pécheurs est un fléau que Dieu leur envoie [1]...

Cum vero die Palmarum denuo ad eandem contionem amissam remittamur [2], e primis tertiae partis docemur verbis, non sine magna verisimilitudine, ut apprime ostendit ipse *Lebarq*, hac tertia quadragesimae Dominica actum esse *de periculo relabentium in peccata* [3].

Il est assuré, chrétiens, et peut-être vous vous souviendrez que je l'ai déjà prêché dans cette chaire, que la prospérité des impies... est un commencement de vengeance (de Dieu).

ANNO MDCLXII

In quadragesimali, in aula regia (a die XXII februarii ad IX aprilis).

Non pauca desunt, quae ceterum attenta orationum quas habemus collatione enucleata sint apud *Lebarq*. Quam callide et sagaciter amissarum contionum argumenta quasi restituere potuerit, videndum est in eius opere [4]. Unius tantum colligere ex his orationibus non materiam, quae nos fugit, at diem saltem occasionemque operae pretium est.

XXIV februarii.

Feria IV habita est oratio cui rex non adstitit.

Die enim quo Ludovica *de La Vallière* aufugit ab aula et ab ipso rege quaesita est in domo monialium

---

1. T. III, p. 645.
2. *Ibid.*, p. 707.
3. Cf. *Histoire critique*, ch. III de la seconde partie, p. 291.
4. *Histoire critique*, p. 290.

prope *Chaillot*, contionem esse datam in sacello regio scimus e diversis testimoniis. Eo quod quippe praeter exspectationem afuerat rex, postquam iam inter palati incolas rumor, submissa tamen voce, sparsus erat mulierem a Ludovico XIV amatam ex aula discessisse, nemo fuit qui rem non animadverterit. Ideo ad hunc contionis diem qui, si habita fuit oratio ipso Cinerum die, secundus huius quadragesimalis stationis erat, referenda videtur « illa fuga. » Commentarios enim aequalium consulenti patet regem, ipso tempore solemnis legationis qua *Christoval de Gaviria*, Hispaniensis curiae ad Ludovicum XIV legatus, regi valediceret, audivisse Dominae *de La Vallière* discessum. 1662-1663

Omnia igitur quae legimus apud doctissimum virum D. Julium *Lair* [1] testimonia ad hunc amissae contionis diem XXIV februarii concludere videntur [2].

ANNO MDCLXIII

XXVII octobris (alibi mense decembri) [3].

Orationem habuit Bossuet tempore quo inauguratum est templum seu multo magis primum sacellum domus *Missionum ad exteras gentes.*

Nihil equidem novi de hac oratione adferre me fateor,

1. *Louise de la Vallière et la jeunesse de Louis XIV*. Paris, Plon, 1881, in-8, p. 437. — Vid. p. 73.

2. Cf. *Mme de La Fayette, Histoire de Madame Henriette*, p. 90. *Le Palais Royal*, t. II., p. 43. *Gazette*, 4 mars. — *Muze historique* de *Loret* (éd. Livet, t. III, p. 475). Hic autem *Loret* de die quo ad aulam venit Hispaniensis regis legatus sat vago modo loquitur, v. 165.

> *Environ huit jours il y a*
> Christoval de Gaviria,
> Homme d'esprit et de créance,
> Envoyé de Madrid en France
> Prit congé de nos Majestez...

3. V. Floquet, t. II, p. 291, note 2.

1663-1664 quam utique indicavit *Lebarq* ad hunc annum, nec tamen diem ausus est addere.

Disceptatur enim de illo nec certo inter utramque opinionem eligere possum. Controversam rem esse sciendum est, mensemque decembrem non sine causa esse a *Bausset* propositum, siquidem in documentis ab ipsis Seminari moderatoribus datis, quae nuper edidi [1], expresse scriptum est hoc mense sacellum dedicatum esse.

ANNO MDCLXIV.

XV Augusti.

Contio de Assumptione in paroecia Sancti-Sulpici habita coram regina (?)

Hanc dubitanter propositam coniecturam subicio discutiendam. Non pauca enim sunt, in hac re, obscura. *Ledieu* in *Commentariis* scripsit :

Il est certain qu'en 1665, il prêcha le carême dans l'Eglise de Saint-Thomas du Louvre... Cette princesse (la reine) assista au sermon de l'Assomption, qu'il prononça la même année à Saint-Sulpice [2].

Attamen initio contionis de eodem festo quam audivit, anno MDCLXIII, Anna Austriaca, mater regis, haec dicit *Lebarq* :

Quelques fragments d'esquisse qu'il (Deforis) renvoie au bas des pages proviennent peut-être d'un autre sermon prêché, selon Ledieu, l'*année suivante*, à Saint-Sulpice [3].

Etsi autem non constat utrumque testimonium, eo quod *Ledieu* intendere videatur *annum* MDCLXV, non casu aut

1. *Quelques documents sur Bossuet, Revue des Sciences ecclésiastiques*, octobre 1899, p. 354, n. 1 et tirage, p. 18, n. 1.

2. Ledieu, *Mémoires*, p. 92.

3. Lebarq, t. IV, p. 411.

errore haec scripsisse ducendus est *Lebarq*. Inferius 1664
enim, eadem habet in contione adnotanda :

Cela n'aurait-il pas été écrit pour Saint-Sulpice, *en 1664*, et annexé par Deforis au sermon de l'année précédente [1] ?

Hinc igitur patet anno MDCLXIV hanc amissam de Assumptione orationem tribuisse *Lebarq* quam *Ledieu* anni sequentis esse duxerat. Cur a *Ledieu* opinione discesserit, et uter sensus sit praeferendus, certo scire non potui. Neutrum enim difficultate carere fatendum est, si documenta respicias quibus reginam, hoc Assumptionis festo, Parisiis adfuisse testificari oporteat. Neque enim anno MDCLXIV, neque sequenti, ex *Loret* satis apparet Mariam-Theresiam contionem in illa paroecia audivisse.

Die enim XVI mensis Augusti legitur in libellis *La Muze historique :*

Le Roy, le Daufin, les deux Reines
Sont prézentement à Vincennes.

Ex eodem vero *Loret* videtur diebus anteactis aula tota permansisse in castello *Fontainebleau*, in quo nuntius apostolicus, cardinalis *Chigi*, laute et splendide acceptus erat.

Dies autem a *Ledieu* propositus, XV Augusti MDCLXV non magis cum eiusmodi testimoniis componitur, quippe quo audiamus reginam cum rege, eiusdemque fratre, post pompam solemnem de Voto sacro Ludovici XIII, in ecclesia monachorum dictorum *Feuillants*, orationi adfuisse D. Joannis *de Saint-Laurens*. Eodem anno, cum filio suo, e contionibus octo eiusdem festi celebrandi causa habitis, cottidie unam audivit regina, ita ut locus fere nullus remaneat ad contionem in Sancti-Sulpici ecclesia audiendam.

1. P. 419, n. 1.

1664-1668 Hinc aenigma saltem proponere liceat in hoc indice, quod felicius intellegere alii valeant. Omiserat enim *Lebarq*, non inconsulto, ut opinor, hanc orationem cuius vestigia tamen invenerat, inter deperdita opera dinumerandam.

ANNO MDCLXV

XVII Iunii, Feria IV.

Contionem synodi auguratae in aula palati archiepiscopi Parisiensis maxima, coram *Hardouin de Péréfixe*, Bossuet habe, cuius ipsa verba fortasse, ut inferius dicetur [1], legere quisque potest in appendice IV huius disputationis.

ANNO MDCLXVIII

Aprilis, Maii aut Iunii.

Plura indicantur ad capitulum Metense verba saepius a Bossuet facta in opere *Floquet* [2], quae *Lebarq* neglexit in indice suo.

Refertur in primis nostri Bossuet adhortatio, *die XIV Maii* habita, de vita clericorum oculis omnium subicienda ut ad virtutes colendas incitentur. Haec, quae e libris, in quibus inscribebantur quaecumque inter canonicos Metensis ecclesiae deliberanda proposita sunt, eruit *Floquet*, non ita fortasse attendenda sunt. Attamen etsi quanta fuerit Bossuet eloquentia non ostendunt, declarant eius sacerdotalis pastoralisque rationis agendi curam non minimam.

---

1. Posterioris partis, capite primo.
2. *Etudes sur la vie de Bossuet*, t. III, p. 162 et seq.

1669

ANNO MDCLXIX

XVI aprilis.

Contionem tertiam pronuntiasse Bossuet censeri potest in Missione quadam *(Saint-Louis de la Salpêtrière)*.

Huius orationis memoria quam, quantum scio, nemo historicorum qui de Bossuet scripserunt cognovit, servata est in quadam tabula impressa (*placard-affiche*), quae iussu archiepiscopi Parisiensis, *Hardouin de Péréfixe*, legenda fuit omnibus parochis urbis. Invenitur in Bibliotheca civitatis Burdigalensis [1], et quia ignotam antea

---

1. V. *Catalogues des manuscrits des Bibliothèques publiques*, départements, t. XXVIII, Bordeaux, Plon, in-8, nº 411. A f. 23. Placard imprimé. Hardouin de Péréfixe, pour annoncer une mission à l'église Saint-Louis, etc. Amplissimas ago gratias docto et amabili viro *D. Brutail*, qui mihi hoc documentum exscribere benigne voluit, amicisque quibus usus sum ut, Burdigalis, nomine meo ab ipso hoc officium requirerent.

« Messieurs les curez avertiront leurs paroissiens de la part de Monseigneur l'Archevesque de Paris de la Mission qui se doit commencer dimanche quatorzième de ce mois d'avril * à trois heures après midy dans l'église de Saint Louis de la Salpêtrière qui est une des principales maisons de l'Hopital général seize (*sise*) au faux-bourg Saint-Marcel à l'occasion du Jubilé pour disposer les peuples à le bien gagner.

Il y aura pendant deux semaines les jours ouvriers deux prédications par jour. L'une à cinq heures et demie du matin, ensuite de la messe et des prières du matin pour tous les pauvres de la maison. L'autre sur les quatre heures du soir pour les personnes du dehors. Les petits catéchismes ou instructions familières se feront à une heure et demie pour les pauvres dans chaque dortoir par des ecclésiastiques. Les dimanches et fêtes, la prédication du soir se fera après vêpres environ trois heures. Il y aura tous les jours depuis le matin jusqu'au soir des confesseurs missionnaires approuvez par Monseigneur l'Archevesque avec pouvoir d'absoudre des cas réservez. Il y aura aussi des indulgences plénières avec la station du Jubilé. Monsieur l'abbé de saint Mesmin fera l'ouverture de ladite mission le susdit jour de dimanche quatorzieme du présent mois, et preschera le lundy. *Le mardy suivant, Monsieur l'abbé Bossuet*, et ledit abbé de saint Mesmin continuera le reste de la mission, auec quelques célèbres prédicateurs.

Fait à Paris ce douzieme jour d'avril mil six cens soixante neuf. PETIT.

De l'imprimerie de F. Muguet
Imp. ord. du Roy et de M.
l'archevesque, rue de la Harpe,
avec privilege du Roy.

* Hoc anno erat Dominica Palmarum.

1669 contionem testatur, hanc integram prout iacet transcribere operae pretium est.

En igitur unius e contionibus Bossuet diem et occasionem, quod sane parum est, nisi quis, felici quodam casu, ipsa verba in Hospitali generali facta inveniat.

De Nicolao *Gédouin* vel *Gédoin* qui monasterio Sancti-Mesmini, seu, ut dicebant Miciaci vel *Micy*, in dioecesi Aurelianensi, abbas commendatarius electus erat, anno MDCLXV, plura inveniuntur in diversis XVII saeculi documentis [1].

Superior erat monialium (*Ursulines de Saint-Cloud*) tempore quo sacras corporum reliquias sancti Eutichii, martyris, in aedem aliam solemniter asportavit mense Iulio anni MDCLXVIII [2]. Anno MDCLXXI, ex decreto publico (*Parlement*) licentiam habuit in suae abbatiae choro erigendae sedis (*une stalle*) ceteris altioris. At in huiusmodi quaestionibus non totam vitam insumpsit. Praeter Missionem enim tempore Iubilaei huius anni ad domum Hospitalitatis habitam, haud raro verba facturum eum praebet *Index contionatorum*, quadragesimae vel adventus tempore. Ab anno MDCLIV [3] ad MDCLXXXVIII in quo stationem quadragesimalem tradidit monialibus quibus nomen « *les Annonciades ou Célestes* », XXV vicibus concionaturus indicatur.

Anno MDCLXXXII, mense novembri, occasione cuiusdam translationis corporum SS. MM. Fausti, Liberati, etc., quae Roma acceperat suum in monasterium deponenda, legitur in *Mercure galant* longum eius elogium, quo docemur, eum non solum esse affinitate coniunctum cum

---

1. *Gallia Christiana*, t. VII, col. 1526 et 1538, et passim *Gazette de France* et *Mercure galant*.

2. Cf. Floquet, I, p. 471, notes 4 et 5.

3. « Advent à N.-D. de Bonnes-Nouvelles. »

viris nobilibus [1], sed etiam magni esse ardoris ad populos contionibus docendos [2]. Obiit Parisiis in domo Maxima hospitalitatis quam partim rexisse videtur, die x Iunii MDCXCII. Non mirum est illum anno MDCLXIX in illa Iubilaei missione quam forsan propriis sumptibus perficiendam curavit, inter magni nominis oratores quos sibi iungere volebat, nostrum Bossuet assumpsisse. Trahebat quippe audientes, ut opinor, alicuius contionis a Bossuet habitae spes et exspectatio. 1669-1670

ANNO MDCLXX

XIV decembris.

Bossuet, in privata Academia apud *Lamoignon*, verba fecit.

Potiore jure atque oratio perdita de privilegio defendendo quod « *Committimus* » vocabatur, haec quae hic colligimus ex litteris medici *Gui Patin*, ad historiam eloquentiae etiam religiosae Bossuet attinent [3].

In epistula die xv decembris ad *Falconet* data [4] haec leguntur :

Le Père Ménétrier parla hier dans l'Académie de M. le premier président et fit fort bien en parlant de l'éloquence. L'évêque de

1. « M. l'abbé de Saint-Mesmin est beau-frère de M. de Boisfranc, surintendant de Monsieur. » *Mercure galant*, p. 116.

2. « Les diverses missions qu'il a entreprises et qu'il continue toujours d'entreprendre *au dehors comme au dedans* du Royaume, font mieux son éloge que tout ce que je pourrois vous dire à son avantage. Son zèle pour la conversion des hérétiques ne s'est point borné à ceux de France. Il l'a poussé jusqu'aux hérétiques de Genève, de Chablais et des Montagnes des Suisses qui ont ressenty les effets de ses Controverses, de ses pieuses exhortations et de ses Aumosnes. » *Mercure*, pp. 116-123.

3. Cf. Floquet, III, pp. 295-300. — Lebarq, *Histoire critique*, p. 288, n. 1.

4. Haud scio an recte inscriptus sit contionis dies in ipsis litteris : quia enim dies, nisi adsit error, dominica erat, parum convenire videtur cum assueto conciliorum die, quae habebantur apud *Lamoignon* die lunae, et ideo vocata sunt « *les lundis de M. de Lamoignon.* »

1670 Condom [1], M. Bossuet, harangua fortement de l'éloquence divine qui est la Bible, surtout dans la Genèse et dans les Prophètes ; il loua fort David, Salomon et l'éloquence des patriarches, surtout celle de Moïse [2].

Adesse Bossuet in hoc coetu non adeo mirandum est, et non desunt qui iam eius nomen inter eos qui ad huius docti viri colloquia conveniebant indicare non omiserint [3]. Utrum assidue necne venerit, non facile asserendum. Hoc enim die fortasse ab ipso *Huet*, qui in munere Delphini instituendi, nuperrime, initio septembris, Bossuet tradito, partes acceperat, ad aedes *Lamoignon* erat adductus. Haud scio an eius de Sacris Bibliis locutioni seu disputationi vim orationis tribuendam esse pateat ; id sane non magni momenti est. Id enim facile concedam merum colloquium fuisse, in quo post lectam a Patre *Menestrier*, more academicorum illius coetus, disputationem, Bossuet quid sentiret expromere iussus, qui nihil forsan antea scripserat neque erat meditatus, ex improviso dixerit. Quod ex verbis a *Patin* usurpatis « *harangua fortement* » satis vehementer fecisse censendus est. Quocumque autem modo res se habuit, non est omittenda haec Bossuet collocutio de rebus sibi notissimis. Quis enim eum copiosa oratione verbisque uberrimis locutum esse non credat ? Illo sane, ut verbis utamur stiloque Evangelico, « *ex abundantia cordis* [4] » loquente, res aeque ac voces defluxerunt. Idem enim in litteris aliquot post annos ad *Huet* missis, haec scribebat sane modestius aequo dicta :

---

1. Recens omnino Condomensis episcopus erat, a XIII septembris MDCLXIX electus a rege ; litteras institutionis canonicae die II Iunii accepit, consecratusque est XXI septembris MDCLXX.

2. Gui Patin, éd. Réveillé-Parise, t. III, lettre 1321, p. 774.

3. Inter ceteros nominandi sunt DD. G. Doncieux. *Le Père Bouhours*, cap. II, p. 33. Hachette, 1886, in-8, pp. 328 ct C. Dejob. *De Renato Rapino,* Parisiis, Thorin, 1981, p. 13, n. 1.

4. Mat. XII, 34. *Ex abundantia enim cordis os loquitur*. Cf. *Luc*, VI, 45.

Je ne me compare à vous par aucun endroit, mais *en ce qui regarde ces matières*, comme je les ai méditées toute ma vie, je crois en avoir vu les conséquences, peut-être même plus que beaucoup de notre profession [1]. 1671

ANNO MDCLXXI

VIII Iunii.

Oratio Bossuet in Academiam Franciae admissi, quam hic suo die revocare iuvat, non quidem est ex amissis contionibus, at ex omissis ab eximio *Lebarq*, qui etsi sacras orationes edebat, hanc tamen inter opera oratoria non immerito ponere potuerit.

XIV Iunii.

Habita est in dioecesi Condomensi synodus nomine Bossuet, a Bernardo *de Bressolles*, vicario ejus generali ; in qua ordinationes de clericorum vita lectae sunt, quarum exemplar propria manu episcopi notationibus distinctum exstare dicitur.

Ceterum de modo quo duobus annis (MDCLXIX-MDCLXI), per « vicarios », Condomensem ecclesiam rexerit Bossuet, consulendum est opusculum cui titulus est *L'Épiscopat de Bossuet à Condom* [2].

Sibi quippe proponebat, postquam electus est ad sedem Condomensem, Ecclesiam sibi commissam adire, prout deduci videtur e litteris a quodam Iohanne *Bégué-Plieux* datis, mense octobri anni MDCLXIX, eodem in libello relatis. Qui, cum consul suae civitatis esset,

---

1. *Lettre à Huet*, Saint-Germain, 17 janvier 1677, ed. Guillaume, t. IX, p. 624. Norunt omnes litteras ad *Huet* scriptas non inveniri apud *Lachat*.

2. 1669-1671, supplément à la biographie et aux œuvres de Bossuet, par Amable Plieux, Bordeaux, Ch. Lefebvre, libraire-éditeur, 1879, pp. 48.

1671 tempore quo nomen Bossuet datum est ad Condomensem episcopatum, Lutetiam negotiorum causa venerat. Haec ille, XIII octobris, ad cives suos mittebat :

> M. notre evesque a receu fort agreablement le compliment que ie luy ay faict de la part de la ville. Il m'a continué ses civilités et ses protestations de vouloir estre le meilleur prelat du monde. Il n'y a pas asses déloges pour rendre tout ce qui est deub a son mérite, tout le monde le general et le particulier de notre ville, le recoignoistront bien tost ; car il s'empresse et *se dispose incessamment à s'en aller dans son evesché :* il croit pouvoir estre dans cet estat au caresme prochain.

Nemo autem ignorat Bossuet, postquam sat diu Bullas Romanas exspectaverat, mense Iunio tantum anni MDCLXX acceptas, circa medium mensem septembrem eiusdem anni, Delphino instituendo a rege praefectum esse, ideoque, cum dioecesim sibi traditam ipse regere non posset, ultimo die mensis octobris MDCLXXI [1] dimisisse.

Quaecumque vero in aula regia, dum vices « praeceptoris » agit, sacri munia ministeri adimplevit, hic saltem

---

1. *Gazette de France,* 7 nov., p. 1075, n. 133. « De S. Germain, le 6 novembre 1671. Le 31, l'Evesque de Condom fit... sa démission de son Evesché : et Sa Majesté y nomma l'Abbé de Thorigny, Precepteur de Monseigneur le Dauphin. »

Gazette de France, 22 Avril 1673... « Ces jours passez*, Messire Jacques de Matignon, de l'illustre et ancienne maison de ce nom fut sacré Evesque de Condom en l'Eglise des Chartreux, par l'ancien prélat du mesme Evesché, Precepteur de Monseigneur le Dauphin... » Mirari licet, nec facile ea probare qua in libro *Les Evêques et les Archevêques de France depuis 1682 jusqu'à 1801* par le P. Armand Jean, S. J. (Paris, Picard, 1891, p. 130) legimus ad nomen illius Iacobi *de Goyon de Matignon* : « Fut-il plus fidèle aux lois de la résidence que son prédécesseur, qui ne vint point à Condom ? » — De Bossuet, qui eo quod in cathedrali Ecclesia cuius curam acceperat, suo praeceptoris munere sedere vetabatur, hanc cito dimisit, haec parum feliciter dicta censentur. Ne obiciant tamen ab eo duos aut tres annos sedem servatam esse qui tamen nunquam ad ecclesiam suam ivit. Etsi enim a rege nominatus est anno MDCLXIX, litteras Roma accepit medio anno sequenti, consecratusque est mense septembri MDCLXX. Nemo etiam nescit ipsum de servando, aut multo magis dimittendo episcopali munere doctos piosque parochos consuluisse, statimque accepta Summi Pontificis licentia, Ecclesiae titulo et fructibus renuntiasse.

* Alibi dicitur die IX aprilis (Plieux, *L'Épiscopat de Bossuet à Condom,* p. 45).

colligere nolo. Non pauca sane enumerantur in publicis 1671
ephemeridibus *Gazette* et *Mercure galant*, non ei spernenda qui integrum vitae Bossuet ordinem instituere velit, nostro proposito non item necessaria.

Itaque *specimina* tantum quaedam eorum qui inveniuntur nuntiorum, quibusque tum baptisma ab ipso Bossuet collata, tum conversorum ad catholicam fidem solemnis, ut aiunt, eiurantium reconciliatio et cetera eiusmodi referuntur, eligere oculisque subicere fas sit.

Infantes enim saepenumero a Bossuet esse « baptizatos », tum in *Gazette de France* [1] tum in codicibus baptismorum qui in archivis asservantur sat facile, dummodo patientia adsit, cognoscere possumus [2].

Etsi vero haec ad pastorale officium pertinere dici possunt, non tamen omnia congerere volo. Quae enim indicavi, ea sufficere arbitror ad finem quem intendebam. Quantum quippe curae et animi tribuerit Bossuet iis quae propria sunt pastoris muneribus, tempore etiam quo, prout *Massillon* postea docuit, non aulicum prae-

---

1. *Gazette*, n. 38, p. 314. « De Saint-Germain en Laye, le 27 Mars 1671. Le 20 de ce mois, Monseigneur le Dauphin fit l'honneur au sieur Gaboury de nommer son Fils, avec Mademoiselle d'Orléans ; la cérémonie s'estant faite dans la chapelle du chasteau neuf, par l'Evesque de Condom... » Cf. multa alia passim in eadem ephemeride.

Gazette, 1er Avril, n. 44, p. 364. « Leurs Majestez pour témoigner plus particulièrement leur estime à leur Ambassadeur... de Savoie tinrent sur les Fonts (sa) Fille... L'Evesque de Condom ayant fait la cérémonie du baptesme... »

Gazette du 18 juillet, n. 85 : « De Saint-Germain en Laye, le 17 juillet 1671. Le 10 de ce mois, Monseigneur le Dauphin, etc., assistèrent ici, en l'Église des Récollets, à la Bénédiction que l'Evesque de Condom y fit d'une cloche qu'ils nommèrent Saint Louis, etc., etc. »

2. XXVIII Augusti MDCLXXI, baptizatur ab eodem « Louis Boisseau, fils de Philippe Boisseau, jardinier ordinaire du Roi et gouverneur de son orangerie. Le parrain est Monseigneur le Dauphin, la marraine, Sa Majesté la Reine. Signé : Marie-Thérèse, Louis, J. B. Bossuet, évêque de Condom. » Registre des baptêmes, mariages et sépultures de la paroisse de Saint-Louis de Fontainebleau, Inventaire sommaire des Archives départementales de Seine-et-Marne, Série E, suppl. p. 26, GG 6 à 84, etc., etc.

1673-1678 sulem sed vere « media in aula episcopum [1] » se praebuit, ecquis non videat ?

ANNO MDCXXIII

XXII Martii.

Eiurantem « Ministrum » accipit in aulae regiae sacello [2].

ANNO MDCXXVIII

XXII Martii.

Plebem adloquitur Bossuet in eiuratione solemni a Maria *de Duras*, facta. Quae e *Colloquio* quod is habuerat coram ea cum ministro *Claude*, ad Ecclesiam Catholicam redire statuerat, haereticam doctrinam eiuravit in Ecclesia PP. Doctrinae Christianae. Mirandum valde nusquam quod invenerim, hanc Bossuet hortationem notasse *Lebarq :* eo facilius enim et diem et sensum verborum ab ipso factorum cognovimus, quod ipse Bossuet ea quasi contrahere voluerit in suo opusculo : *Conférence avec Claude.* Haec ceterum a Floquet, in *Bossuet précepteur*,

---

1. Massillon. Oraison funèbre de Mgr le Dauphin, 1711 « un évêque au milieu de la Cour. » *Œuvres,* éd. 1745, p. 195.

2. *Gazette* du 25 Mars 1673 « De Versailles le 24 mars 1673... Le mesme jour 22 Mars, le Sieur Iacob Moinier, âgé de 61 ans, Ministre de Nérac, au Duché d'Albret dans la Guyenne, fit abjuration publique, en l'Eglise de ce lieu, entre les mains de l'Evesque de Condom, Précepteur de Monseigneur le Dauphin, dont il étoit ci-devant Diocezain, de la Religion prétendue Reformée, qu'il avoit professée et preschée avec beaucoup de réputation durant 36 années, tant en ladite ville de Nérac, qu'en celle de Clérac, Montauban, et autres Lieux de France ; ayant aussi, pendant ce temps, mis au jour quantité de Sermons, dont il prétend réfuter la doctrine par d'autres écrits. L'abbé de Meral a beaucoup contribué à cette importante conversion, que des deputez du Consistoire de Nérac ont fait tout leur possible d'empescher ».

non omissa erant et quaedam in *Gazette de France* 1678
prolata leguntur quae hic subicio [1] :

Animadvertere licet hic nihil dici de contione a Bossuet habita, ideoque non concludendum esse nobis, quotienscumque siletur in aliis locis huiusmodi oratio, non locutum esse praesulem, fidei profitendae praepositum. Hoc quippe loco, docemur non modo ipsum Bossuet eo die verba fecisse, sed quid sub colloqui finem dixerit novimus. Id enim referendum esse censuit his verbis :

L'exhortation que je lui fis ne tendoit qu'à lui représenter qu'elle rentroit dans l'Eglise que ses pères avoient quittée, qu'elle ne se croiroit pas dorénavant plus capable que l'Eglise, plus éclairée que l'Eglise, plus pleine du Saint-Esprit que l'Eglise ; qu'elle recevroit de l'Eglise, sans examiner, le vrai sens de l'Ecriture, comme elle en recevoit l'Ecriture même, qu'elle alloit dorénavant bâtir sur la pierre, et qu'il falloit que sa foi fructifiât en bonnes œuvres. Elle sentit la consolation du Saint-Esprit, et l'assistance fut édifiée de son bon exemple [2].

Haec ille. Nobis sane, etsi haec non omnino vetant nos amissam orationem dolere, optandum sit huiusmodi verbis referri sensum saltem et materiam ceterarum contionum quas desideramus.

---

1. Damoiselle Marie de Duras-Fort, sœur du Duc de Duras, du Marechal de Lorge, Capitaine des Gardes du Corps du Roy, avoit pris depuis longtemps un soin particulier de s'eclairer sur plusieurs doutes importants qui l'empeschoyent de demeurer avec quelque paix et sans scrupule, dans la pratique de la Religion Pretendue Réformée, qu'elle professoit depuis son enfance. Cependant ne pouvant se resoudre d'embrasser la Religion Catholique, sans estre pleinement instruite et convaincue, elle supplia l'Evesque de Condom, Precepteur de Monseigneur le Dauphin, à qui elle devoit ses premières lumières, de vouloir bien avoir une Conférance avec le sieur Claude, fameux et sçavant Ministre de Charanton ; le succez de cette dispute luy persuadant et luy prouvant la verité, elle résolut de profiter pour son salut, des pieuses instructions de ce grand Prelat entre les mains duquel elle fit son Abjuration le Mardy 22e de ce mois, dans l'Eglise des Pères de la Doctrine chrestienne, en présence du Duc et de la Duchesse de Richelieu, de la Duchesse de Ventadour, et de plusieurs personnes de qualité, qui furent les témoins édifiez de l'humilité et du zele exemplaire de cette sainte Action ». (*Gazette de France*, n. 29, 26 mars, p. 247.)

2. Lebel, t. xxvi, p. 332. Lachat, t. xiii, p. 563, Floquet, *Bossuet, précepteur*, p. 395.

1678-1681 Huic igitur pernotae ex libro Bossuet de Colloquio cum *Claude* conversioni addere juvat (at affirmare non audeo esse contionem factam) alteram eiurationem cuius dies in ephemeride indicatur.

XII Augusti.

In ecclesia Collegiali (*Saint-Thomas du Louvre*), viri ad Catholicam fidem conversi sacramentum accipit Bossuet [1].

Pastoris etiam munus ad moribundos iuvandos non semel adimplevit Bossuet. Praeter enim *La Rochefoucauld* quem invisit circa XIV Martii MDCLXXX, die scilicet quo sacrum viaticum accepit [2], plures ultimis vitae temporibus adivisse dicitur [3].

ANNO MDCLXXXI

XXVII aprilis.

Catholicae fidei professionem accipit Bossuet in sacello regio quam nuntiis publicis indicatam legimus [4].

---

1. « Le 12 de ce mois, Guy Henry de Bourbon, Marquis de Malause, fit abjuration de la Religion Pretenduë Reformée dans l'Eglise S. Thomas du Louvre entre les mains de l'Evesque de Condom Précepteur de Monseigneur le Dauphin. Il avoit esté instruit par ce Prélat des vérités de la Religion Catholique. » (*Gazette*, ibid.)

2. M^me de Sévigné, lettre du vendredi 15e mars 1680, t. VI, p. 309 : « Je crains bien que nous ne perdions cette fois M. de La Rochefoucauld, sa fièvre a continué ; il reçut hier Notre-Seigneur... » (Mort le 17 mars. Cf. *Gazette*, p. 144).

3. Ex notis a *Floquet* relictis indicatur *Patru* inter eos quibus morientibus adfuerit Bossuet, diesque dicitur XVI Ianuarii. Documenta vero nulla inveni quae rem firment.

4. « De S. Germain en Laye le 2 May.... Le sieur Daniel de Galiot de Hombière, Gentilhomme de Beaune, fit ici le 27, abjuration entre les mains de l'ancien Evesque de Condom, dans la Chapelle du Chasteau neuf. »

III Maii. 1681

« *Emmanuel-François de Bonne de Créquy, d'Agoult, de Vesc, de Montlaur, et de Montauban, duc de Lesdiguières, etc...,* qui triginta sex annos natus decessit, » a Bossuet invisitur [1]. Huius autem morbus septem dies vix duravit ut ex eodem documento patet. Quia vero iam hic *Meldensis episcopus* vocatur Bossuet, fere ad materiam mox attingendam haec pertinent. A rege enim eum ad Meldensem sedem designatum esse legimus die II Maii, postquam XXVII Martii *de Ligny* decesserat [2].

Hinc iam novo titulo *Meldensis episcopus* vocatur ab ephemeride.

Circa XIV aut XX Iunii.

Bossuet in Ecclesia Domus Professae Societatis Iesu solemni eiurationi cuiusdam nobilis feminae ad doctrinam catholicam conversae adstitisse dicitur [3].

Ea quibus Bossuet res publicas, aut Gallicanae Ecclesiae suscepit gerendas, immo etiam ipsius dioecesis Meldensis commoda temporalia curavit, consulto relinquimus, solam episcopi « pastoralem eloquentiam » tractaturi, quae plenam sinceramque laudem meretur.

---

1. « M. de Condom présentement évesque de Meaux, et le père Bourdaloüe, jésuite, l'ont assisté pendant le cours de sa maladie. » *Mercure galant*, mai 1681, p. 162. Cf. meum opus : *Bourdaloue, Histoire critique.* II, P. *Chronologie* in h. l.

2. « L'Evesché de Meaux, addebatur in *Mercure galant*... n'est qu'à dix lieues de Paris, et c'est par cette raison que Sa Majesté l'en a pourveu, ayant jugé à propos de ne pas l'éloigner entièrement de la Cour où sa présence peut être utile en beaucoup d'occasions. » (*Mercure galant*, mai 1681, p. 94. — *Gazette*, 10 mai, p 300.

3. « De Paris, le 21 Juin : Ces jours passez, Catherine de Monceau, veuve du sieur de Villerot, fit ici abjuration entre les mains de l'Evesque de Meaux, dans l'Eglise de la Maison Professe des Iesuites. » — *Gazette de France*.

CAPUT TERTIUM

QUIBUS DOCUMENTIS COMPLEATUR INDEX AMISSARUM CONTIONUM QUAS AB INITIO MELDENSIS EPISCOPATUS AD FINEM VITAE BOSSUET HABUERIT.

Tantum abest ut doctissimum *Lebarq* culpandum esse arbitrer quod non omnia dixerit de orationibus perditis Bossuet, ut opus eius, nonnisi ex iis quae refert documentis, posse unquam compleri profitear. Inter minima autem quibus attendere cogor in colligendis, post uberrimam eius segetem relictis vel paene neglectis spicis, opinor quaedam non spernenda esse inventa, quibus labor manipulum aegre congregantis pensitetur.

Dolendum autem mihi est aliquo pacto quod hic non omnia quae repperi vel quaesivi, edere valeam. At longioris operae esse haec nemo diffitetur et Latinae disputationi parum apta.

Enumerandi saltem indicandique mihi sunt fontes praecipui e quibus in posterum haec quam quaerimus vita pastoralis in dies et horas describatur. Quibus sane fontibus usus est *Lebarq* in indice iam laudato, omnesque quos potuit contionum titulos in una quasi tabula subiciendos nobis proposuit. Eadem vero testimonia, initio operis, tanta cum diligentia explicare conatus est ut nihil fere iisdem addi posse videatur [1].

---

1. V. Lebarq, Parte II, cap. III, art. 2, p. 203 et seq. et initio, p. XVII, in indice documentorum.

Inter illa igitur quae cognovit, ea praecipue non modo decerpi decet sed, prout iacent, integre typis mandari quae titulos habent :

Journal du curé de Saint-Jean-les-deux-Jumeaux, (Raveneau) *jusqu'en 1688.*

Extraits de Rochart, par dom René Gillot.

Extraits des procès-verbaux des Visites de Bossuet.

Ex his enim praecipue documentis institui possit, postquam publici iuris erunt, aliquid operi simillimum quod inscribitur *Journal de Ledieu.* Quod cum, ut dixi, non impervium sentiam, immo tentandum esse arbitrer, per me certe non stetit quin opus inciperetur. Quod itaque aliquo modo hic experiri velim, siquidem spero fore ut huius meae disputationis ope, via quaedam ad ea quae opto aperiatur, ne dicam eandem iam esse ab anno MCM inauguratam. Etsi enim opus inscriptum *Journal de Raveneau* nondum editum est, altero non minimi momenti documento frui incepimus, quod inscribitur : *Extrait des procès-verbaux des visites pastorales faites par Bossuet* [1].

Quod sane legenti facile apparet quantum sudoris et animi impenderit in dioecesi excolenda impiger ille episcopus, qui revera optimus ovibus suis pastor exstitit. Id equidem fateor eos omnes vidisse aut esse suspicatos qui opus a *Lebarq* scriptum perlegerant.

At ut verbis utar quae de stilo dicta sunt : « *C'est le détail qui parle aux yeux et au cœur* [2], » ista *minima*, cum fere semper in indice, tum in ipsa disputatione quae summatim res attingebat, omittere debuit, quibus tamen ipsa pastoris effigies magis apparet, eiusque vita laboribus et curis dispersa. Conferatur enim, ne longius exempla quaeramus, id quod in indice legitur, brevissime

1. *Revue Bossuet*, 1900, p. 52-56; 108-112; 229-239; 1901, p. 22-30 (18 mai 1863 — 16 juin 1688). Quibus documentis tum compleri clarissimi *Lebarq* breves annotationes, tum easdem paululum, etsi raro, emendari libet.

2. Longhaye, S. J. *Théorie des Belles-Lettres,* p. 148.

dictum, eo quod haec unice ad finem tenderent : « *25 mai 1683. A Vaudoi : Dispositions à la Confirmation,* » cum ipsa relatione, in qua multo plura habentur [1].

Cum autem ad sescentos fideles quotidie instituendos labor non minimus fuerit, intellegitur quanta cura sint haec colligenda quibus ipsum pastorale munus agentem paene videmus. At eadem ipsi *Lebarq* quot orationes habuisset Bossuet solum quaerenti, minimi vel parvi momenti fuerunt. Quantum autem, ne fiat error, necesse sit omnia explicare quae nimium contracta sunt, e simili exemplo apparet quod ibidem legi fas est. Ad diem enim XXIV eiusdem mensis et anni, in ephemeride episcopi scriptum est :

*Et étant monté sur le thrône qui lui étoit préparé dans le chœur du côté de l'Évangile, il a fait un petit discours au peuple touchant le sujet de sa visite et les dispositions à bien célébrer la feste de l'Ascension et profiter du temps qu'il seroit avec eux, leur déclarant qu'*ON *feroit tous les jours le sermon et le catéchisme.*

Haec autem apud *Lebarq* sic vertuntur, una brevique sententia quae sensum plus aequo exaggerat : « ... *Bossuet annonce qu'*IL *fera tous les jours le sermon et le catéchisme.* »

Tantae mutationis non accusandum esse censeo ipsum *Lebarq* qui forte ea exscripsit quae leguntur in exemplari Meldis asservato, haec expresse habente :

D'un trône placé dans le chœur du côté de l'Évangile, il a fait un discours sur l'objet de sa visite et les dispositions à célébrer l'Ascension : il annonce que tout le temps qu'il restera avec eux, *il* prêchera et catéchisera.

---

1. « Le mardy 25 du mois de may, Monseigneur, après avoir dit la messe dans l'église de la paroisse, donné la communion à près de cent personnes, a fait un discours au peuple sur les dispositions nécessaires à la confirmation ; ensuite duquel il a conféré ce sacrement à plus de huit cents personnes de l'un et l'autre sexe, &c. »

Nihil profecto quin fuerint ea vere dicta impedit; at 1682
istud tamen Meldense exemplar, recentis scribae manu exscriptum parvi habendum esse duco neque notationibus quae monachis O. S. B. *de Foris* et *Coniac* inservierunt, libenter anteponendum. Saepissime enim res nimis *contrahendo*, non modo verba sed et sensum mutavit. Ea autem de causa videtur sententia qua dicitur: « *on fera le catéchisme* », magis congruere cum ipso proposito initio totius visitationis inter eos qui Bossuet adiuvabant sacerdotes pacto ; die enim XVIII Maii legitur, cottidie catechismum esse habendum [1] nec tamen dicitur Bossuet munus illud sibi servasse.

Huiusmodi documentis iam in lucem editis non est cur diutius haeream : aliqua igitur minus nota solum exscribam quae suo loco, scilicet mense et die, proponentur.

Ceterum in hoc capite, ne in longum protrahatur, pauca tantum indicare libet, tum quibus compleatur index a *Lebarq* adeo feliciter inceptus, tum ut, speciminis gratia, quam multa ad pastoralem vitam Bossuet describendam colligere oporteat, videamus.

Temporum igitur ordinem secutus, non omnia certe quae collegi, sed inter tam minima, ea producam quae ad episcopatum multo labore et eximia cum caritate in animas a Bossuet gestum magis pertinent. Quaecunque praesertim in indice *Lebarq* non leguntur, colligenda esse duxi, passimque referenda documenta vel testimonia quae magis Bossuet indolem ostendant.

ANNO MDCLXXXII

VII Martii (sabbato ante Cineres).

Die ipso ingressus in civitatem Meldensem, plura ad

1. « Que le catéchisme se feroit tous les jours... »

1682 contiones sibi factas respondisse fertur Bossuet quae optimi parentis seu pastoris animum redolent. Haec ex ephemeride *(Mercure galant)* ducta, exscribere non vacat, quae quisque apud *Floquet* [1] reperire potest. Plura tamen notatu digna referre volo.

VIII Martii.

Post verba sibi a decano Capituli ad limen Basilicae maioris dicta, professus est, ut testatur relatio, se totum tradendum esse iis quos suos iam agnoscebat [2].

Haec certe quae multis dicere licuit, munus huiusmodi accipientibus, non tam multi forsan, prout ipse fecit, adimplere soliti sunt.

XI Martii.

Neque tacendum videtur idem testimonium de contione, quam *Lebarq* in indice posuit, die Cinerum, XI mensis facta [3].

Colligenda etiam eodem die adhortatio ad clericos in Seminario habita quae in eodem opere indicatur [4] :

---

1. Floquet, *Bossuet précepteur*.... p. 587.

2. « Réponse si affectueuse qu'on peut dire que ce fut un épanchement de cœur réciproque. M. de Meaux la finit par les assurances qu'il donna *que comme il se reconnaissoit estre dans le Cœur de son Peuple, son Peuple seroit aussi dans le sien & qu'il se feroit tout à tous, pour satisfaire aux vœux de tous ceux qui seroient sous sa conduite.* »

3. « Ce discours fut rempli de tant d'érudition sur les Cérémonies du Caresme, & d'une si grande tendresse pour ce Peuple qu'il traitoit de Frères et d'Enfans qu'il n'y a personne qui ne donnast des marques extérieures de la satisfaction qu'il en recevoit... Il leur donna de sensibles consolations lorsqu'il se dévoüa publiquement pour tout son Peuple & promit d'éclairer de ses lumières tous ceux qui se présenteroient à luy. »

4. « Lorsqu'il eût bény les Cendres, il alla avec ces Prélats — *l'archevêque de Reims* (*Maurice Le Tellier*), *les évêques de Tournai* (*Choiseul du Praslin*), *de la Rochelle* (*de Laval de Boisdaufin*), *de Châlons* (*Louis-Antoine de Noailles*), — en son Séminaire où il instruisit et exhorta les jeunes Ecclésiastiques qui estoient prests d'entrer dans le Sacerdoce, à se rendre dignes de tous les Emplois, &c. »

III novembris. 1682-1683

Die quo habitum religionis apud moniales Visitationis S. V. Mariae sumpsit Maria-Benigna *Roussel*, illam adhortatus est, teste *Lebarq* [1] qui tamen in indice, lapsu quodam [2], ad diem x eadem proposuit [3].

X novembris.

Ad moniales S. Augustini (*Hôtel-Dieu*) velum nigrum imponit Sorori *a Sancto-Petro* [4].

ANNO MDCLXXXIII

XVII Iunii.

Habita est oratio quam recte in indice commemoravit *Lebarq :*

Discours à l'Abjuration de deux gentilshommes de l'Auxerrois, MM. du Motet, et de leur sœur.

Nescio autem cur dixerit hanc orationem fuisse habitam mense Iunio *vel* Iulio. Aperte enim dies indicatur in libello periodico *Mercure galant* [5].

---

1. *Hist. crit*, page 331.
2. Page 337.
3. Inter annotationes a *Floquet* scriptas *Notes des religieuses de la Visitation de Meaux* legitur : « En 1682, le 3e novembre, il donna l'habit à la Sœur Marie-Bénigne Roussel et il prêcha. » Alter eiusdem scripti titulus erat : *Remarques sur Mgr Bossuet, évêque de Meaux, qui touche le monastère de la Visitation Sainte-Marie.* (Ces remarques se trouvent au commencement du 1er vol. des *Méditations sur les Evangiles*, éd. in-12, 1731, qui a appartenu à la Visitation de Meaux. Il appartient maintenant à un chanoine de la Cathédrale.) » Haec transcripsi, mense Iulio MDCCCXCIX, in domo, vita nunc functi, D. *Pépin*, qui plura scripta *Floquet* possidebat, iam in Seminario S. Sulpici Parisiis custodita.
4. Cf. narrationem a *Raveneau* factam quae legitur apud *Réaume*, t. II, p. 200. — *Lebarq*, p. 332.
5. Juillet 1683, pp. 19-22.

1683-1684

Mense Iulio.

Coram rege et regina causam dicit Bossuet ad reliquias sacras Ecclesiae et urbi servandas quas sibi restituendas esse monachi postulabant. Id quippe in manuscripto codice in civitate Meldensi asservato legitur [1]:

Corpus enim sanctum depositum fuerat, tempore belli, intra civitatis muros anno MDLXXXV, quod postea canonici restituere noluerunt. Episcopum autem Meldensem depositum sibi custodire rex concessit [2].

De ipsa re utrum fuerit recte composita necne non quaero, at certum erat urbis proceres sibi ius servasse in illud depositum. Ipse enim episcopus, tempore quo ad Magnum Ducem Tusciae eiusdem sancti reliquias mittere voluit, anno MDCXCV, aegre id obtinuisse videtur [3].

ANNO MDCLXXXIV

Ineunte februario.

In ephemeride [4] legitur eiurationis publicae cuiusdam mentio facta.

---

1. *Histoire de la Maison ou Monastère de Saint-Fiacre*, Bibliothèque communale de Meaux, 41. ff. 262. Cf. *Inventaire sommaire des Archives de Seine-et-Marne*, t. I, p. 25. — *Gallia christiana*, t. VIII, col. 1699. Du Plessis, *Histoire de l'Eglise de Meaux*, t. I, pp. 372-373. « Le roi Louis XIV, au retour de sa visite des frontières, passa à Saint-Fiacre avec la reine, son épouse, au mois de juillet 1683, et les religieux se plaignirent alors à ce prince du clergé de la Cathédrale qui leur retenoit contre toute justice un bien (*les reliques de saint Fiacre*) dont ils devoient être seuls les légitimes possesseurs. »

2. « Leurs plaintes furent inutiles ; Mgr Bossuet qui étoit présent, fit entendre à Sa Majesté que ces précieuses reliques étoient à la garde des magistrats et de toute la ville, et qu'ils ne pouvoient ni lui ni son chapitre en disposer en aucune manière. »

3. V. meum opusculum *A propos du Monument de Bossuet*, *Etudes* S. J., 20 déc. 1898, p. 790, n. 1, et *Les principaux portraits de Bossuet*, p. 12, n. 1.

4. *Gazette de France*, nº 7, 19 febr. 1684. « De Paris, le 19 février 1684 : Ces jours passez le Comte de Roucy, fils aisné du Comte de Roye, fit

IV aprilis. 1684

Ad professionem solemnem Mariae-Benignae *Roussel*, de qua iam die III novembris anni superioris diximus, denuo verba fecisse Bossuet certum est. Quod tamen, cum *Lebarq* [1] cognoverit, in indice omisit. Documentis iam prolatis uti licet [2] seu litteris monialium Meldensis monasteri x die Maii datis, quas iam laudatus D. *Jovy* [3] nuper edidit, praecipuas referentibus sententias quibus contio huius diei constabat.

XII Maii.

Eo die, non autem II, ut posuerat *Lebarq*, quem emendavit *D. Lévesque*, in urbem *Coulommiers* ingreditur Bossuet.

Ipso eodem die, contione sua omnium flectit animos [4].

---

abjuration de la religion prétendüe Réformée entre les mains de l'Evesque de Meaux, Premier Aumônier de Madame la Dauphine. »

1. *Ibid.*, p. 330.

2. En 1684, le 4e avril, il reçut les vœux et fit faire la profession à la même et luy precha encore. Monseigneur nostre Grand Prélat qui nous honore de ses bontez paternelles... nous en a donné depuis peu des preuves, faisant faire la sainte Profession à une de nos Sœurs Novices la troisième Feste de Pasques, et ayant aussi fait luy-mesme la Prédication, dans laquelle il nous excita d'une grande ferveur à imiter celle que les saintes Femmes de l'Evangile témoignèrent, se montrant si vigilantes à chercher Jésus-Christ pour l'embaumer, qu'il faloit que nos cœurs fussent les tombeaux où ce divin Mort repose, et fut l'objet sacré de nos parfums, etc... » *Revue Bossuet*, 25 juillet 1900, p. 179, et *Bossuet et la Visitation de Meaux*, p. 5.

3. Eiusdem doctissimi viri, eximia comitate conspicui, alia exstant scripta de *Bossuet* praeter illa quae in indice librorum posui. Unum prae ceteris laudare libet, cui titulus est : *Bossuet prieur de Gassicourt-lès-Mantes, et Pierre du Laurens*. Plura, ut speramus, in futurum exspectari possunt, quibus fidenter assentiri vel ante eventum, nullus dubitet eorum qui priora legerunt. Norunt eximium professorem, Vitriaci gymnasi decus, Cadomensis Academiae Litterarum scientiarumque Societatem esse a longo iam tempore ingressum, eundemque nunc ad nomen addere « *Correspondant du Ministère de l'Instruction publique*. »

4. *Revue Bossuet*, p. 109, note. « Discours au peuple... doux et pathétique, tout le monde en fut touché. »

1684

XIII Maii.

De pueris educandis, mane hora VIII, plebem alloquitur. Hinc apparet quomodo dies a *Lebarq* indicati sint mutandi, et, si conferas testimonium tum parochi *Janvier*, tum *Rochart*, quo *Lebarq* utitur, in ipsis verbis ita conveniunt, ut alter alterius certe narrationem cognovisse dicatur.

XIV Maii.

Die Dominica, oratio de Confirmatione in paroecia habetur quam non videmus a *Lebarq* indicatam, qui alteram solum posuit in prioratu Sanctae-Fidei die XV factam.

XXV septembris.

Parochus Sancti-Sulpici cor Palatinae ad monasterium Sanctae-Farae portaverat quod praelato obtulit : is autem verba fecisse dicitur [1] et postero die officium solemne in monasteri ecclesia celebrasse. Ea sane quae in *Mercure* legimus exscribere longum est et parum necessarium.

XV octobris.

Bossuet fidei professionem audit Ulrici *Obrecht*, in sacello privato episcopalis domicili.

Quod e Commentariis *Ledieu* cognovimus, qui etiamsi non asseveret locutum fuisse Bossuet, legi tamen potest, tum de ipso die solemnis reconciliationis, tum in primis de colloquiis conversionem antecedentibus anno MDCLXXXII (?) habitis [2].

---

1. *Mercure galant*, octobre 1684, pp. 88-91, et *Gazette de France*, 30 sept., n° 54, p. 668. « Il répondit avec beaucoup d'éloquence à un Discours sur les rares qualitez de la Princesse palatine. »

2. « M. Obrecht de Strasbourg, vint en 1684, à Germigny, se faire instruire et fit sa réunion le 15 d'octobre dans la chapelle de l'évêché. Peu après il fut prêteur royal à Strasbourg. Il est demeuré en grande liaison

XXIII octobris.

Die solemnis ingressus in urbem *Crécy*, orationes fiunt quibus accipitur Bossuet ; is vero postridie hortationem habet, ante confirmationem, qua « vel saxea pectora mota fuerint », prout in *Raveneau* opere dictum est [1].

XXVI novembris.

In conventu monialium (*Sainte-Geneviève de Chaillot*), Ordinis Sancti-Augustini, abbatissae solemnem benedictionem confert Meldensis episcopus, prout e documentis subiectis eruitur [2].

ANNO MDCLXXXV

XXIII Maii.

De confirmatione quam in Ecclesia sua principali qua-

---

avec M. de Meaux et il est mort dans sa charge au mois d'août 1701. » Ledieu, *Mémoires*, p. 180. Cf. p. 173 ubi narratur quomodo, occasione itineris ad Delphinae matrimonium, illum cognoverat Bossuet, et p. 229, testimonium authenticum reconciliationis, datum IV Augusti MDCXCIX. In Ephemeride (*Journal*, t. I, p. 201), dicit colloquia cum Bossuet facta fuisse anno MDCLXXXII, quod forsan erroneum est. Huius ad Bossuet missas quinque epistulas habemus (1er Mai 1686, 20 Juin 1687, 14 Juillet 1687, 1er Mai et 1er Juin 1692. (Lachat, XXX, pp. 491-501). Vide etiam ipsius Bossuet ad illum litteras (17 Mai 1692, ed. Guillaume, t. IX, p. 617).

1. Cf. *Revue Bossuet*, 1900, p. 112, et *Lebarq*, *Hist. crit.*, p. 339.

2. « Le Dimanche 26 du mesme mois (nov.) Mr l'Evesque de Meaux fit aux Religieuses Chanoinesses de Sainte Geneviefve de Chaliot, la Benediction de Madame leur Abbesse. Elle estoit assistée de Madame de Ramboüillet, abbesse de Saint Estienne de Rheims, & sœur de feüe Madame la duchesse de Montausier, & de Madame de Harlay, abbesse de Sainte Perrine de la Villette, toutes deux du mesme Ordre. Il y eut un fort grand Concours de Personnes de qualité à cette Ceremonie, qui fut accompagnée de toute la pompe qu'elle meritoit. Madame Perrot est fille de feu M. Perrot, President aux Enquestes du Parlement de Paris... ; Sœur de Madame la Presidente de Bretonvillers, & cousine germaine de Mgr l'Evesque d'Aire (Fromentières, † décembre 1684) ..» *Mercure galant*, nov. 1684. Cf. Fisquet, *France pontificale*, Paris, t. II, p. 514.

1685 dringentis e dioecesanis contulit, quaedam notanda habentur ex Archivis deducta [1].

Haec inveniuntur in codicibus testimonia baptismorum et reliqua eiusmodi referentibus quae Petrus *Janvier* [2], et *Chabouillé*, et *Dargonne*, paroeciae Sancti-Theobaldi vicissim praepositi collegerunt. Quae non immerito animadvertenda videntur, etsi non certo scimus hortationem a Bossuet esse factam. Si enim ea quae *Ledieu* in *Commentariis* refert, recolamus de modo quo confirmationem conferre solitus erat Bossuet [3], concludere licet eo die hanc contionem non esse omissam. Ceteris quippe diebus, prout alibi videmus, circa horam decimam aut undecimam tantum incipiebant caerimoniae, eo quod exspectabat episcopus donec omnes congregarentur. Ipsa igitur hora quae hic indicatur suadet Bossuet, in tam multorum confirmatione, verba sua populo non negasse.

---

1. Le mercredi 23 mai, Mgr J.-B. Bossuet donna la confirmation dans la cathédrale... « il y avoit plus de quatre cents à confirmer ; c'étoit à qui passeroit des premiers ; on mit les saintes huiles sur l'autel dès huit heures, Monseigneur commença par le bas côté depuis la chapelle du Dieu de pitié, suivant derrière la chaire à prescher... » *Inventaire sommaire des Archives... de Seine et Marne*, t. IV, p. 147, GG. 24.

2. De paracho *Janvier* iam citato et utique non neglegendo, quaedam in eodem libro parochiali ad diem XXIX Ianuarii MDCLXXXVI inscripta, speciminis instar, sunt hic ponenda : « Le 29ᵉ jour de Janvier 1686, Louis le Grand Empereur de France et de Navarre, ayant oüi les plintes que les gros décimateurs et soy disans curez primitifs ne donnoient que deux cents livres à de pauvres prestres, et uoyant qu'il falloit instruire tous les noueaux conuertis, ordonna par une déclaration que l'on leur donneroit cent écus tous les ans de quartier en quartier et par auance... j'ordonne que tous les dimanches et festes on diroit dans la paroisse Saint-Thibault à l'offertoire de la messe : *Exaudiat* pour Sa Majesté que la prouidence de Dieu a fait agir pour les curez opprimés par les abbés, moynes, chapitres... Dieu le conserve et luy donne de longs jours. » — Cf. *Gazette de France*, 16 février 1686, n° 7. « On a publié deux Déclarations du Roy registrées en Parlement le 11 de ce mois. Par la première Sa Majesté ordonne que les portions congrües que les gros Décimateurs, etc... — V. *Mercure galant*, fév. 1686, pp. 137-148.

3. « Ce sacrement étoit toujours précédé par une exhortation familière..» *Mémoires*, p. 186. Cf. supra, p. 9.

1685

In fine mensis Maii.

Ad habitus religiosi tradendi solemnitatem locutus est Bossuet, die incerto quo novitiatum ingressa est Domina *de la Mare*, non forsan in monasterio Carmelitarum, ut dicit *Lebarq*, sed apud moniales dictas *Les Filles-Dieu*, si tamen credendum est *Commentariis Ledieu* [1].

XVIII octobris.

Bossuet, qui IV die huius mensis acceperat, et XXII accepturus erat professionem fidei catholicae quorundam conversorum (Antonii *Marty* et Ducis de *Richemont*), duos viros Calvinianam haeresim detestantes audit [2].

Illud quippe testimonium, in castello *Fontainebleau* datum, exstat in Archivis cum nominibus propria cuiusque manu scriptis : *J. Bénigne, E. de Meaux, Barraud,* etc.

VII novembris.

Videtur dies indicatus a *Lebarq* (IV novembris) emendandus in V, de initio visitationis in pago *Lizy*. Ceterum haec integra hic esse subicienda duxi, propterea quod sensus ipsius Bossuet expromunt de abrogato edicto Nannetensi et agendi rationem quam in convertendis ad catholicam fidem haereticis servarit, summatimque tradunt

---

1. « Il a presché à la vêture en 1685, et le lundi de la Pentecôte en 1686, à la profession de M^me de la Mare, religieuse aux Filles-Dieu de Paris... » (P. 226).

2. « Elie Barreaud, ministre de Parc, diocèse de Périgueux, et Jacob Dovin, maître horloger à Paris, en présence de Robert Poquelin, docteur de Sorbonne, et Pierre Janel, aumônier ordinaire de la maison de Madame la Dauphine. » *Inventaire sommaire des Archives de Seine-et-Marne*, série E, supplément, p. 27.

1685 modum quo visitationes episcopales in paroeciis instituere soleret [1].

De huius diei VII hortatione qua inauguravit Bossuet visitationem, testimonium etiam habemus parochi *Raveneau* qui fructum non ita multum fuisse docet, eo quod Princeps civitatis civibus non praeiverit nisi in laudando oratore, nec monitis sit obsecutus [2].

VIII novembris.

(Eodem in loco). Hic rursus ut occasio detur cognoscendi quantum ad pastoralem Bossuet eloquentiam ostendendam conferant relationes ab iis qui Meldensem episcopum comitabantur scriptae, afferre iuvat ea quae unico fere verbo in indice *Lebarq* resumpta sunt : *Sur la Confirmation et ses effets*. Idem enim in manuscripta relatione quae Meldis legitur, et fidelius in exemplari Parisiano S. Sulpici, pluribus verbis habetur quae mentem ordinemque orationis referunt [3].

1. « A Lisy, il a commencé sa visite par un discours où il a fait voir le compte que les pasteurs et les peuples auront réciproquement à rendre à Dieu ; les pasteurs, du salut des peuples, et les peuples, des instructions, sacrements et autres grâces qu'ils reçoivent par le ministère des pasteurs. Il a terminé en exposant que son intention est de travailler à la conversion des hérétiques nombreux dans cette paroisse, suivant en cela le zèle du Roi, qui se servoit si utilement de sa puissance pour ramener les séparés à l'unité ; que sa confiance étoit particulièrement aux prières des fidèles et non en ses soins et à cette fin, il leur indique les Prières des Quarante Heures à commencer le vendredi après la messe du Saint-Esprit jusqu'au dimanche soir ; il les exhorte à jeûner le vendredi, comme il s'étoit pratiqué peu de jours auparavant à Meaux, enfin il a accordé l'indulgence de quarante jours à ceux qui jeûneroient et prieroient pour remercier Dieu de la bonne pensée qu'il avoit mise dans le cœur du Roi, des conversions qui se sont faites dans tout le Royaume et pour lui demander le retour des hérétiques de cette paroisse et de ceux de tout le diocèse.» Haec nunc edita invenies in *Revue Bossuet*, 25 oct. 1900, p. 233.

2. « Monseigneur avoit été faire sa visite exprès à Lisy, le 7 novembre, afin de toucher davantage encore les huguenots de cette petite ville ; mais parce que le seigneur ne donna pas l'exemple, et se contenta seulement d'admirer Mgr de Meaux, cela fut cause qu'il n'y eut que six convertis en toute la ville. »

3. « Le jeudi, à 9 heures, messe par le prélat et confirmation donnée à 500 personnes, puis il a prêché sur le sacrement de confirmation dont

Quibus documentis docemur controversiam, at minime 1685
contentiosam [1], ipsi in usu fuisse. Immo, ut ipsum loquentem hac de re audiamus, ducebat eandem ipsis fidelibus proficuam esse. Haec enim praemonebat, initio tractatus iam laudati cui titulus est : *Conférence avec M. Claude :*

Cette lecture ne sera pas inutile aux Catholiques; ordinairement ils négligent trop les livres de controverse. Appuyés sur la foi de l'Église, ils ne sont pas assez soigneux de s'instruire dans les ouvrages où leur foi seroit confirmée, et où ils trouveroient les moyens de ramener les errans [2].

Media autem revocandi haereticos, nulla praeter « *suadae medullam* » vi adhibita [3] die quo preces solemnes in Missa de Spiritu Sancto incipiendas indixerat, ipse tentavit. Hinc supplicationem a se propositam aggressus, contionem habuit ex qua servantur quaedam brevem in modum contracta [4].

---

il a expliqué les effets par la déduction des sept dons du Saint-Esprit, il a fait remarquer que ce sacrement est mentionné au livre des actes des apôtres et a montré l'injustice de ceux de la R. P. R. (religion prétendue réformée) de l'avoir retranché du nombre des sacrements de l'Eglise... » *Revue Bossuet*, ibid., p. 234.

1. Quanquam, sed non iure contradixit J. J. Weiss, *Revue politique et littéraire*, 15 sept. 1866, p. 692. Cf. opus meum *Bourdaloue*, P. II. *Chronologie*, in annum MDCLXXXVI.

2. Lebel, t. XXIII, p. 243.

3. Cf. tamen ea quae inferius traduntur capite IV.

4. « Le vendredi 9e du mois, mondit seigneur s'est transporté à l'Eglise vers huit heures du matin, a dit la messe du Saint-Esprit pour commencer les prières des Quarante-heures, a exposé le Saint-Sacrement après la communion et par une prière qu'il a faite en françois à haute voix a donné au peuple un modèle des prières, intentions et fins qu'il devoit se proposer. Entre 5 et 6 heures du soir, sermon sur ces paroles d'Osée, chap. 2 : *Congregabuntur filii Juda et filii Israel pariter et ponent sibimet caput unum* *. Obligation des schismatiques à se réunir... Il a fait l'histoire du schisme de Jeroboam et de Samarie, il a montré que les schismatiques n'ont été excusés ni par la durée du schisme, ni depuis que les Samaritains se sont purgés du culte idolâtre de Jeroboam. Il a rapporté d'autres passages d'Osée, où sont expliquées les peines et les chatimens

* Non capite II prophetiae Oseae haec leguntur, sed versu 11 et ultimo primi capitis. Quem lapsum memoriae in oratore, aut calami in iis qui scripserunt relationem, emendatum a nullo esse vidimus.

1685 His quippe et similibus documentis amplius transcribendis, invitus abstineo ne longior disputatio fiat. At fateor me quaecumque relinquere cogor eo minus desiderare, quod illa eadem integra spero in posterum productum iri.

Summa igitur capita vix indicare volui, ea paene sola prolaturus quae magis ignota aut perspicua tantum videantur.

X novembris.

Haereticos quosdam recipit in pago *Lizy* [1].

XIII et XIV novembris.

Idem fit in civitate episcopali, ut legitur apud *Raveneau* [2].

XIII vel XIV decembris.

In documentis ex Commentariis *Rochart* eductis, legitur relatio eiurationis solemnis a quodam nobili viro factae [3].

---

des schismatiques que le prophète appelle du nom de Jezrael, *et absque misericordia et non populus meus*. Il a cité d'autres textes où les faveurs et les bénédictions sont pour Juda, peuple qui est demeuré fidèle à l'unité; il en a enfin rapporté d'autres où les mesmes douceurs et bénédictions sont promises à Israël revenu à l'unité, réuni à Juda. Mur de séparation rompu : des deux peuples fit un : il a montré par la profession de foi de ceux de la R. P. R. et par les promesses de Jésus-Christ de la durée de l'Eglise, qu'ils ont fait schisme : et par le discours de N. S. à la Samaritaine a fait voir que dans le schisme il n'y a pas de salut, a étably par l'exemple de Nabuchodonosor la justice de la conduite du Roy : a passé légèrement sur les principaux points de controverse et a finy par la prière qu'il a adressée à Dieu pour le retour de ceux de la R. P. R. à l'église catholique. Cf. *Revue Bossuet*, *ibid.*, 1900, p. 234.

1. « *Le 10*, il... a reçu l'abjuration d'un hôtelier et de sa femme demeurant audit bourg de Lisy. » *Revue Bossuet, ibid.*

2. Ms. de Saint-Jean, Réaume, t. II, p. 274 : « Il se fit quantité d'abjurations à Meaux et ici (à Saint-Jean) en particulier, où nous eumes la joie de voir aussi Roch Regnault avec son fils Antoine Regnault abjurer entre les mains de Monseigneur. »

3. « Le 14, un comte du pays de Saintonge vint à Meaux, et y fit son abjuration entre les mains de M. l'évêque, avant midi, en la chapelle du palais épiscopal ; puis dîna avec le prélat et s'en alla. » Apud *Réaume*, *ibid.*, p. 515.

Minime dubium est huius conversi ad fidem nomen conici posse. Testimonium quippe agnosci videtur in quodam asservato documento cuius titulum subieci [1]. 1685-1686

Etsi *Rochart* diem XIV posuit, credendum est potius, ut opinor, folio authentico quod diem XIII inscriptum prae se ferre dicitur.

Diem forte eundem XIV decembris assignandum esse censemus, ex loco quem codex innuere videtur, cuidam narratiunculae ab eodem *Rochart* relatae [2].

XXV decembris.

Die Nativitatis Domini plures excipiuntur eiurantes haeresim [3].

ANNO MDCLXXXVI

Ineunte anno habita esse censeo aliqua colloquia cum procero quodam e provincia Britonum, cuius conversio ad catholicas partes refertur in litteris a *Donneau de Visé* mense februario scriptis [4].

---

1. Fac-simile d'une profession de foi d'Armand de Lescours Doradour, chevalier, seigneur comte de Lescours du diocèse de Saintes entre les mains de Bossuet, 13 décembre 1685. *Catalogue des manuscrits des Bibliothèques de France, Départements*, t. VIII. Bibliothèque de la Rochelle, *ms*. 669, fol. 220.

2. « Les *Cafets*, habitants vignerons du faubourg Saint-Nicolas, furent au palais épiscopal trouver M. de Meaux, pour faire abjuration, si bien qu'ils le saluèrent et lui dirent : Je ne doutons plus et sommes convaincus qu'il faut estre catholiques et nous convertir entre vos mains, mais, Monseigneur, je ne voulons pas obéir au Pape Il leur dit : Le Roi lui obéit bien. J'y obéis. Ainsi ils firent leur abjuration et la signèrent. » Rochart, *ibid*.

3. « Le jour de Noël on comptoit en même temps cent trois conversions à l'Hôtel-Dieu entre les mains de M. Pastel * et quatre-vingt-dix à l'évèché entre les mains de Monseigneur de Meaux lui-même. » *Raveneau*, apud *Réaume*, p. 274.

4. *Mercure galant*, février 1686, pp. 209 & suiv. « J'ay aussi à vous apprendre la Conversion de Mr du Faux Amperoux. C'est un Gentilhomme

* Hic erat episcopi vicarius generalis.

1686 Cum autem nihil in Ephemeride (*Gazette de France*) diem, immo mensem doceat huiusce eiurationis, forsan in regio sacello habitae, ea tantum quae dixi novimus.

XVIII aprilis.

In municipio *Claye* ubi a Patribus Oratorii « missio » tradebatur die III Martii incepta, quo non semel Bossuet ad verba facienda venerat, quaedam in relatione servata notanda esse ducimus [1].

Dies enim huius contionis ex ipso evangelio (feria v in octava Paschali) satis innuitur. Notandum autem est apud *Lebarq* dies XVIII et XIX, errore quodam paginarum et dispositionis rerum, esse diebus XXIII et XXVII Martii postpositos.

XIX aprilis.

Ex verbis quae in relatione visitationum resumuntur non possum quaedam omittere, quibus apparet quid de controversia in contionando, quid de catechismo ad fideles, sentiret Bossuet. Ea igitur quae dixit Bossuet

---

de Bretagne qui avoit esté destiné pour la Robe, & dont la fortune seroit beaucoup plus considérable qu'elle n'est s'il avoit moins aimé les Lettres & sa Famille... Après avoir fait un long examen (de la religion) en lisant les livres qui ont esté publiez de part & d'autre, n'ayant pû se satisfaire ny se déterminer, il alla trouver Mr l'Evesque de Meaux pour qui la lecture de ses Ouvrages & sa réputation luy avoient donné une haute estime, & les longues Conférences qu'il eut avec ce sçavant Prelat dissiperent si bien tous ses Doutes, qu'il fut enfin convaincu que selon les promesses de l'Evangile, il doit y avoir eu toujours une véritable Eglise, subsistante & visible, qui ne peut estre autre que l'Eglise Catholique. Ainsi il abjura entre ses mains à Versailles peu de jours après ces Conférences... »

1. « Assis dans un fauteuil préparé il a expliqué l'objet de sa visite, puis a exposé l'évangile du jour (saint Jean ch. XX, v. II). Il a fait surtout sentir la tendresse de sainte Madeleine cherchant le Sauveur au sépulcre, que cette recherche du corps mort du Sauveur condamnoit leurs sentimens, lorsqu'ils prétendent que la chair vivante du Sauveur ne sert de rien au Sacrement. » Cf. *Revue Bossuet*, 1900, p. 237.

tempore *Confirmationis* hic subicienda sunt [1]. Haec quippe simillima sunt litteris die xx decembris MDCXCV datis, in quibus legimus : 1686

La meilleure disposition pour recevoir la confirmation, est toujours de la regarder comme le remède à la persécution que le monde fait sans cesse aux enfans de Dieu par ses exemples pervers, et surtout par ses coutumes et ses maximes tyranniques et corrompues, qui entraînent les âmes foibles, c'est-à-dire la plupart de celles qui vivent au milieu du monde [2].

XVI Iulii (non, ut scripsit *Lebarq* : septembri mense MDCLXXXV).

Laus funebris habita est Mariae Constantiae *du Blé d'Huxelles*, defunctae die xxx Maii, anno MDCLXXXV. Tempus nomenque laudatae personae inventa sunt, anno MDCCCXCVIII, a doctissimo viro Ernesto *Jovy* [3].

---

1. « Sermon sur la confirmation déjà pratiquée du temps des apôtres ; de la fausseté de la doctrine du ministre Drélincourt * dans son Catéchisme. Exhortation aux fidèles déjà confirmés à faire revivre en eux la grâce de ce sacrement et aux enfants d'ouvrir leurs cœurs pour la recevoir — il a fait voir que l'effet de ce sacrement est la force nécessaire pour résister aux tentations de cette vie, par lesquelles les démons et le monde font souffrir aux chrétiens une persécution spirituelle qui dure toujours.

». . A quatre heures, catéchisme par le P. Prestel... et à la fin du Catéchisme mondit seigneur a expliqué ses intentions au peuple sur l'assiduité au catéchisme : qu'on ne doit pas se dispenser d'y venir après qu'on a fait la première communion, que le catéchiste ne le fait pas seulement pour disposer les enfans à recevoir dignement les SS. Sacremens, mais pour leur apprendre encore le fond d s mystères de la Religion, afin de jetter par ce moyen dans les cœurs des fidèles les vrais principes de la conduite de leur vie et du règlement de leurs mœurs, ce qui fait que le catéchisme est nécessaire aux personnes de tout âge, que son intention est que tous y assistent, que tous y soient interrogés. » Cf. *Revue Bossuet*, *ibid.* p. 237.

2. A M^me d'Albert, Lachat, t. XXVIII, p. 267.

3. V. *Une oraison funèbre inconnue de Bossuet*, Vitry-le-François, in-12, 1898 De illa praeclara restitutione temporis quo dicta sit oratio amissa, alias satis fuse disserui in *Science catholique*, fév. 1899, p. 28 et *Lettres de Bossuet révisées sur les manuscrits autographes*. Arras, Sueur-Charruey, 1899, in-8, p. 14, note 3.

* *Drélincourt (Charles)*, minister apud protestantes, natus in Urbe *Sedan* circa MDXCV, obiit in civitate *Niort* anno MDCLXXX. Plura scripserat opera inter quae illud quod Bossuet reprehendit, sic inscriptum : *Catéchisme ou instruction familière sur les principaux points de la religion chrétienne.* Paris, 1652, in-8.

1686-1687

V novembris.

Post diem IV, quo in pago *Mitry* illa habita sunt quae inveniuntur apud *Lebarq* [1], legitur in codice visitationum Meldis servato : (*A Dammartin, 5 mai*). *Le mardi 5, examen des comptes*, etc... Queritur parochus seu Prior loci de pessimis moribus in sua paroecia vigentibus. Dies autem inscriptus : V Maii, videtur eo magis esse legendus V novembris, quod V Maii, hoc anno, non Martis dies sed Dominica fuerit ; hinc ex ipso loco quo situs est dies in codice, errore tantum lectus est *Maii*, pro *nou*[embris].

XXVIII decembris (non forte XXVI ut legitur in indice *Lebarq*).

Exemplar enim Meldis custoditum (quod de exemplari Parisiis servato aeque dicendum sit) nonnisi diem XXVIII decembris indicat. Legitur enim in manuscripto codice S. Sulpici relatio hic subicienda [2].

Alteram igitur relationem prae oculis habuisse ducendus est *Lebarq*, qui dicit : *Il prêche incontinent au peuple assemblé dans l'église*. Videtur autem anteponendus dies decembris XXVIII inscriptus in codicibus Meldensi et Parisiensi. Uterque autem addit die XXIX eam contionem cum cibario sacro prae manibus gesto esse pronuntiatam, quam apud *Lebarq* die XXVI positam legimus.

ANNO MDCLXXXVII

XV Iunii.

Charny-en-France (Dominica IV post Pentecosten). Quaedam denuo excerpantur oportet e Visitationum codice,

1. In indice, p. 344.

2. « 28 décembre 1686. Monseigneur voulant clore la mission qu'il avoit envoyé au Mesnil-Lamulet, au commencement des Avents, est parti de Meaux, accompagné de ses deux aumôniers, et étant arrivé au dit lieu..., il a presché au peuple qu'il a trouvé assemblé dans l'église. » *Revue Bossuet*, 1900, p. 239).

quae nostri Bossuet virtutem ad vivum ostendant in opere 1687
pastorali indefessam [1].

VI Iulii.

Die quo missio concluditur, habetur contio de coetu pio instituendo [2].

Id autem confirmari valeat ex litteris quibus, ut commentario, utendum ei sit qui vitam et itinera Bossuet statuere per ordinem cupiat. Scripserat enim ad abbatissam Sanctae-Farae, die v :

---

1. « Il prêche sur ce sujet : *In verbo autem tuo laxabo rete*. Il dit la messe et communie 200 personnes, après avoir prêché sur la pénitence et la communion, environ un quart d'heure, tenant à la main, sur le ciboire, le corps de N. S. Après la messe, il est monté en chaire, a prêché sur la Confirmation, les effets de ce sacrement, etc... Là se trouvoient des enfans de *Charmentray* et de *Précy*. (E manuscripto codice Meldensi. Cf. *Revue Bossuet*, Janvier 1901, p. 23). Après le dîner, Monseigneur a assisté au catéchisme qui a esté fait par un des missionnaires. *On y a* distribué des catéchismes et des livres de prières à ceux qui ont le mieux répondu *.

« Après Vespres, Monseigneur a porté le St Sacrement à la procession qui a été faite pour clore la Visite. La bénédiction a été donnée. Monseigneur est ensuite monté en chaire et a pris pour texte les paroles de saint Paul (*Rom. 8*) : *Existimo quod non sunt condignae passiones hujus temporis, etc...*, a exhorté le peuple à changer de vie [et à ceux qui étoient détenteurs des papiers de l'Eglise] ** à les remêtre entre les mains du Sr curé. Après le sermon, il s'est trouvé à l'assemblée des dames de la charité et a érigé une congrégation à l'instar de celle de Meaux. L'élection de la supérieure et de la trésorière a été faite. » Cf. *Revue Bossuet*, l. c., p. 24

2. « Le dimanche 6 juillet, il a conféré les quatre ordres mineurs à Pierre Vaulet de Nanteuil, dans la chapelle du château (du duc d'Estrées). Il a dit la messe à la paroisse, pendant laquelle il a communié le peuple, il a prêché sur la Charité (id est de *societate* seu confraternitate quadam) qu'il convenoit d'établir, et sur la confirmation, donnée à plus de cent personnes. Après vêpres, clôture de la mission. Il a prêché sur la pénitence et les bonnes œuvres, qui seules font voir la sincérité de la conversion, et établi les Dames de la Charité pour les pauvres malades. » Cf. *Ibid.*, p. 24 et 25.

* In exemplari Meldensi quod, ut dixi, manu recenti transcriptum est et brevius factum, legitur verbum, quo mutatur aliquo modo sensus : « *Il a*... distribué... » Haec sane, quamvis sint minima, exemplar tamen sic mutatum fidem facere non sinunt.

** Verba inter uncos inclusa omissa erant in ipsa relatione ; quae postea tantum, manu *D. Coniac* scripta esse videntur.

1687-1688 On va aujourd'hui à Nanteuil conclure une mission, lundi on reviendra faire sa volonté à Germigny un jour ou deux [1].

Plura requirantur oportet quae finem anni huius respiciunt, summatim quidem apud *Lebarq* in indice posita, at multo attentius in laudato iam periodico cui titulus *Revue Bossuet* relata [2].

XII aut XIX octobris.

Contio habita *de templorum veneratione* in dedicatione ecclesiae cuius *Raveneau* parochus erat, legenda est, prout breviter contractam, ex notis a *Floquet* collectis doctissimus D. *Lévesque* nuperrime edidit [3].

Huius adhortationis mentio frustra apud *Lebarq* requiritur.

ANNO MDCLXXXVIII

Mense Martio.

De visitatione in pago *Jouy-le-Chastel* legendus est *Lebarq*, at ex codice Visitationum complendus [4].

XX aprilis.

Altero die post Pascha, in Monasterio Sanctae-Farae Bossuet adfuit [5].

---

1. Lachat, XXVIII, p. 455.

2. *Revue Bossuet*, 25 janvier 1901, p. 25.

3. *Ibid.* p. 25, *n. 1.* A la mi-octobre, le dimanche 12 ou 19, l'évêque de Meaux vint assister à la dédicace de cette église (Saint-Jean-les-deux-Jumeaux). Voici la note du curé, d'après la copie qu'en avait faite M. A Floquet :

« Monseigneur arriva le matin avec M. l'abbé Fleury, M. Ledieu, aumônier.... Son exhortation — le sujet fut : Le respect dû aux églises après qu'elles ont été consacrées à Dieu, par la rigueur que Jésus-Christ exerça envers ceux qui profanoient le temple..... Il fit entrer adroitement dans son discours tous les sujets que je lui avois recommandés... »

4. Lebarq, p. 346 ; *Revue Bossuet*, 1901, p. 26.

5. Extraits des procès-verbaux *mss*, p. 26.

1688

XXII aprilis.

Plura quae leguntur apud *Lebarq*, in indice, aegre componi videantur cum codice Meldensi, quibus tamen recte intellegendis proderunt ea quae iam edidit D. *Levesque* [1].

XXV aprilis (sabbato post Pascha).

De *Gratia Paschali* verba facit ad populum [2].

In codice Visitationum Meldensi, legitur inscriptum *Ferté-Gaucher*. At *Lebarq*, mutato tempore, haec eadem *de gratia paschali* verba facta esse dicit sabbato, die XIV mensis aprilis, in urbe *Coulommiers*. Sed ita vicina sunt loca inter quae dubitatur, ut concludere nihil possimus. Videntur ea quae circa finem dicta sunt, de monialium conventu in civitate *Coulommiers* agere et de puellis quas eaedem alumnas habebant. Videant igitur periti quid de diversitate dierum et locorum in hac causa sit sentiendum. Hinc saltem concludam e diversis fontibus ductum esse quicquid de pastorali vita Bossuet dictum est a *Lebarq*.

---

1. *Ibid.*, p. 27. Plura enim emendentur oportet in opere *Lebarq*, si respicias tum notationem subiectam a *D. Lévesque* ad diem Iunii XII, tum ipsam prout iacet in codice Parisiensi relationem. At minus culpandus est *Lebarq* quam ipse ignotus scriba qui breviorem in modum contraxit, non vitatis erroribus quibus *Lebarq* deceptus est, codicem Meldis servatum, in quo haec leguntur : *Mission qui s'est ouverte le 23 mai. Le jour venu, Monseigneur a fait la procession, puis il est monté en chaire et a expliqué la renaissance chrétienne par la pénitence.*

2. « Retour à la paroisse à vêpres. Le *lendemain 25*, à neuf heures du matin, il célèbre une grand'messe avec les officiers de cérémonie, monte en chaire revêtu du pluvial et de la mître, et fait un sermon *sur la grâce pascale*... Sur le soir, il va au couvent, fait réciter devant lui le catéchisme aux pensionnaires, leur donne des récompenses et, enfin, donne audiance aux religieuses. » E codice Meldensi.

1688

XII Iunii, non Maii.

In pago *Crouy*, habetur contio de *vita christiana per paenitentiam novanda* [1].

Cuilibet integram relationem attendenti patet verba quae *Lebarq* intellegebat de ineunda « missione » diem Iunii XII tantum respicere, in quo tum episcopalis visitatio, tum missionis ipsius finis habebatur.

Mense Augusto vel septembri.

De die, immo mense quo habita est hoc anno synodus sacerdotum dubitari potest et disputari. Quaedam enim hac de re non sibi constant. Legimus in *Gallia Christiana* diem XIV septembris. At *Ordinationes synodales* editae sunt die XXIV septembris, feria scilicet VI. Quaeri igitur potest num pridie, feria V qua solerent (?) [2] haberi synodi, die nempe XXIII, facta fuerit [3].

Sed fatendum est exstare litteras ad *Rancé* die II septembris datas, quibus scribere videtur Bossuet iam synodalem congregationem fuisse coactam.

Je n'ai pu rejoindre M. de Reims quelque soin que j'en aie pris, et quoique j'aie attendu à partir jusqu'à la veille de mon synode qui ne me permettoit plus de retarder [4].

Dies huic epistulae inscriptus, si tamen certus sit et recte positus in exemplari propria manu Bossuet scripto quod non vidi, reliquis documentis praevalere potest ; hinc synodum significaretur non longe a die II septembris esse ponendam. Hoc quantum sit incertum, nemo non

1. Haec in *claudenda missione* quae, absente Bossuet, inita erat die XXIII Maii.

2. Hanc de die solita synodorum adfirmationem memini me alicubi legere, at non arbitror esse rebus consonam.

3. *Gallia christiana*, t. VIII, col. 1658. — Lachat, t. V, p. 474.

4. Lachat, XXVI, p. 443.

videt : quaestiones autem liceat proponere quibus responsa dari ab aliis forsan contingat. 1688-1689

IX octobris.

In urbe *Coulommiers*, die festo sancti Dionysi, hortatus est plebem ad orationem de bello imminenti avertendo. Quod e litteris educimus ad *Mabillon* scriptis :

A Coulommiers, 9 octobre 1688... Je suis venu ici célébrer la fête de saint Denis dans une paroisse qui lui est dédiée, afin d'exciter les peuples à la prière, dans ces menaces terribles qu'on fait autant contre l'Eglise catholique que contre l'état. C'est le cas plus que jamais d'invoquer Dieu, et de demander les prières de l'ancien protecteur de nos rois et de la France.

Huius vero contionis nondum indicatae diem occasionemque in hac epistula invenimus. Quod sane factum non adeo rarum esse constat ut in serie litterarum a Bossuet datarum, plura non sint huiuscemodi quaerenda. Quid vero de sancto Dionysio, regis regnique patrono senserit, apertius est quaerendum in alia epistula, die XXX septembris MDCXCII scripta, ubi eundem sanctum cum sancto Remigio Franciae patrono conferri videmus [1].

ANNO MDCLXXXIX.

XVIII Maii.

In civitate *Juilly*, confirmationis tempore, verba de hoc sacramento esse facta in chartis manu *Floquet* scriptis legi, quae ut videtur, e codice Visitationum sumpserat [2].

---

1. De epistula ad *Mabillon*, v. Lachat, XXVI, p. 445. — Cf. 30 sept. Lachat, XXVIII, p. 98, et eam quam edidi *Etudes* S. J., 5 juin 1898, p. 627.

2. « Monseigneur a fait la prédication en chaire, puis a célébré la sainte Messe, a donné la Ste Eucharistie à tous les confrères de l'Oratoire, et donné la Confirmation à environ 250 enfants de Juilly, de Nantouillet, Saint-Mesmes, Vinantes (?), etc., ayant préalablement expliqué les cérémonies de ce sacrement et la manière dont le Saint-Esprit s'y communique aux fidèles. » *Papiers Floquet*.

1689-1690

XXVI Iunii.

Hic videtur emendanda in opere *Lebarq* saltem typographi culpa, et legendum est *Boitron*, non *Boitrou*. Id enim codex Visitationum Meldensis, expressis verbis habet etsi non indicatur contio in priore pago habita [1].

Sabbato XX sextilis.

Orationem panegyricam habuit in honorem sancti Bernardi [2].

Quod, etsi non ignoravit *Lebarq* [3], in indice tamen omisit.

XXVIII sextilis.

Idem dicendum de Sancto Augustino, qui Meldis apud Canonicas Ordinis sui a Bossuet laudatus est [4].

ANNO MDCXC

XV Ianuarii.

Eiurat haeresim « Minister » *Papin* cum uxore, Parisiis, coram Bossuet [5].

1. « L'après-midi à Boitron, confirme 20 enfants. Monseigneur étant dans la nef d'Orly a exhorté les fidèles à la fréquentation des sacrements. Il prend à part quelques individus qui avoient manqué au devoir pascal, et ensuite il leur fait promettre devant toute l'assemblée de se mettre en règle : ce qu'ils auroient promis sur l'heure. » E codice Meldensi.

2. Cf. Ledieu, *Mémoires*, p. 57 : « En 1689... il célébra pontificalement cette fête dans l'Eglise des Bernardines de Pont-aux-Dames, et y prononça le panégyrique du saint. »

3. T. I, p. 391, n. 2, et *Histoire critique*, p. 313.

4. Cf. *Mémoires* de Ledieu, p. 55. Lebarq, p. 313.

5. « Entre les ministres et les réunis qui se sont adressés à M. de Meaux... deux ont paru plus distingués par leur esprit : M. Saurin et M. Papin. M. Saurin avoit été ministre en Suisse, et M. Papin, prêtre de la religion anglicane. Des pays étrangers, ils s'adressèrent l'un et l'autre à M. de Meaux qui leur procura des passe-ports pour rentrer dans le royaume. M. Papin et sa femme arrivés les premiers à Paris, firent leur abjuration entre les mains de M. de Meaux le 15 de janvier 1690 à Paris... » Ledieu, *Mémoires*, p. 199.

Hoc anno eo sedulius sunt colligenda testimonia quo rariora sunt, ut ipse *Lebarq* animadverterat. Dixit enim: « *Rochart est complètement muet sur cette année. Raveneau était mort depuis deux ans. — Lacunes nombreuses* [1]. » 1690

XXV februarii.

Explicavit Bossuet, in ecclesia paroeciali (*Jouarre*) rationes cur fiat visitatio episcopalis. Plura invenientur, usque omissa ab omnibus, in relatione quae legitur in *Operibus* Bossuet de prima visitatione facta in monasterio Iotrensi, cuius exemptionis privilegium decreto civilis potestatis abolendum curavit. Quid de modo quem adhibuit sentiendum esse duxerim, alibi iam dixi [2] et pauca mutari velim. Addam solum « abbatissam » quae exemptionis ius tuebatur, minime Romani pontificis privilegia curasse, nec negari posse abusus quibus mederi intenderet Bossuet. Dolenda vero erat condicio Gallicanae Ecclesiae cuius ad sanandos defectus, servitutem redoleret quicquid a rege tentaretur. Relatio eo die facta nos docet die sabbati Bossuet visitationem incepisse [3].

II Martii, feria V.

Habetur capitulum in eodem monasterio [4].

1. Lebarq, *Histoire critique*, p. 349, nota 2.

2. *Science catholique*, mars 1899, p. 342, et *Lettres de Bossuet révisées*, p. 24.

3. « Assis dans un fauteuil *aurions* (*sic*) * expliqué au peuple les raisons de la visite épiscopale et exposé succinctement quel est le gouvernement établi par Jésus-Christ le souverain pasteur des âmes... » Lachat, t. v, p. 575. Eadem relatio mauuscripta servatur Meldis in Seminario, et in Bibliotheca dicta de l'*Arsenal*, ms. 674, fol. 369-380.

4. *Ibid.*, p. 583.

* Hic enim est stilus barbarus *relationum* vulgo dictarum *Procès-verbaux*, hoc tempore usurpatus.

1690

V Martii, die Dominica.

Mane Bossuet hortatur paroecianos *de Confirmatione*. Vespere contionem habet *de Providentia* [1] ad populum et monita ad moniales in aula capitulari [2].

Hic sane Bossuet de hac materia sibi, ut ostensum est [3], plane cognita, mira dixisse censendus est quae eo magis nobis desideranda videantur.

VI Martii.

Ordinationes visitationis solemniter leguntur [4].

XXIII Martii, feria V maioris hebdomadis.

Bossuet adhortatur Delphinam ad quam sacram communionem per modum viatici defert. Legendi sint hic aut exscribendi Commentarii sive *Dangeau*, sive *de Sourches*, quibuscum consentit *Ledieu*, hac tamen parte emendandus, qua finxit Bossuet totum quadragesimae tempus apud Delphinam remansisse [5].

At vidimus illum initio Martii visitationem instituisse monasteri *Iotrensis* ; immo litterae habentur ad D^{am} *d'Albert* Meldis scriptae, x Martii, feria ante Dominicam

1. « Etant monté en chaire aurions expliqué le mystère de la Providence divine, à l'occasion de l'Evangile de ce quatrième dimanche de Carême où est rapportée la multiplication des cinq pains. » Lachat, *ibid.*, p. 589.

2. Lachat, p. 590.

3. V. Brunetière. *La Philosophie de Bossuet* (l'idée de la Providence). *Revue des deux mondes*, 1[er] août 1891, pp. 655-695 et *Etudes critiques sur l'histoire de la littérature française*, 5[e] série, pp. 41 111.

4. Lachat, p. 590.

5. « Ce prélat avoit passé tout le temps du Carême auprès d'elle pendant sa longue maladie. » Ledieu, *Mémoires*, p. 201.

Passionis. In aula erat circa xv Martii [1]. Audiantur itaque testes qui rem narraverunt [2]. 1690

Aliquo modo mirum est haec non notasse *Lebarq*, qui verba die xxvi aprilis facta, quo delatum est cor defunctae ad Moniales monasteri *Val-de-Grâce*, contionemque i Maii in basilica Sancti-Dionysi habitam non omisit.

XX aprilis.

Morienti Delphinae adstitit Bossuet, prout Petrus *de la Broue* in panegyrico Christianae Bavaricae his verbis commemoravit :

Paroissez donc maintenant, paroissez, Femme véritablement Forte, qui au milieu des mesmes agitations, pleine du Dieu que vous venez de recevoir, avez rempli, avec un courage approchant, des devoirs à peu près semblables. Vous eustes ses premiers soins, Fidelles et zélés Domestiques, dont l'union, rare exemple dans les maisons des Souverains, n'avoit jamais esté troublée par aucune division : et vous luy auriez fait regretter d'avoir si peu vescu, par le peu de temps qu'elle avoit eu pour recompenser vos services, si dans le désir qu'elle avoit d'aller à Dieu, la bonté du Roy ne l'eust rassurée : Encore voulut-Elle vous laisser dans cet écrit si sage et si mesuré qu'il a mérité les loûanges du Roy, un témoignage éternel de l'affection dont elle vous honoroit. Après avoir ainsi, à l'exemple de Jésus-Christ, pourvû a ceux qui luy estoient attachez, Elle se crut obligée, diray-je de pardonner à ses ennemis ? Elle n'en avoit point, mais de satisfaire du moins à ceux qu'elle pouvoit avoir mortifiez, et de donner des marques de sa bienveillance à ceux dont elle pouvoit avoir esté offensée. Car l'élévation où Dieu place les Princes et qui leur fournit une si grande facilité de faire souffrir ceux qui les

1. Lachat, t. xxviii, pp. 1 et 2.

2. « Sa Majesté assista à cette triste cérémonie avec beaucoup de piété et ce spectacle touchant aussi bien que le discours que M. de Meaux fit à Madame la Dauphine l'attendrirent extrêmement. » Haec scribebat *Sourches* qui etiam notationem hanc addidit de eadem oratione : « Il fut très beau et très édifiant de sorte qu'il tira des larmes des yeux du roi et des assistants. » (T. iii, p. 214). In commentario *Dangeau* idem fere habemus : « M. de Meaux a communié Madame la Dauphine et lui a fait un discours fort touchant et fort chrétien... » (T. iii, p. 100.)

1690 approchent, ne les met pas toûjours à couvert de souffrir quelquefois eux-mesmes de la part de ceux qui leur sont soumis. De là vient que s'il faut qu'ils demandent qu'on leur pardonne, il faut aussi qu'ils pardonnent eux-mesmes. Et c'est à quoy le cœur de nostre Princesse estoit si disposé que ne trouvant pas sa voix assez forte pour répondre en cette occasion à l'ardeur de sa charité, *Elle crût devoir emprunter celle de l'éloquent Evesque qui l'assistoit : et il n'eut qu'à exposer simplement les sentimens de nostre Princesse, pour faire fondre en larmes tous ceux que le triste spectacle de sa mort avoit attirez autour de son lit* [1]... »

X Maii.

Mandato quodam quod, teste *Floquet*, typis mandatum servatur in *Archivis publicis* [2], episcopus *Breve* Alexandri VIII promulgavit, Iubilaeum indicens.

Iubilaeum autem, his Pontificiis litteris, II decembris MDCLXXXIX concessum, duas hebdomades esse duraturum statuit Bossuet, a XXI Maii ad IV Iunii. Dioecesanos in Mandato suo adhortatur ut orent « *pour le Roi, pour Monseigneur le Dauphin, pour l'âme de Madame la Dauphine pieusement décédée en N. S.* »

XXVIII Maii, II Dominica post Pentecosten.

In octava festi Corporis Domini, Benedictionem novae abbatissae in monasterio Dominae-Nostrae Meldensi solemni ritu confert Bossuet.

Francisca *de Malou de Berci*, filia Caroli-Henrici, nata Parisiis, XXII aprilis MDCXXVIII, antea monialis in hospitio Sancti-Gervasi, electa fuerat in locum Barbarae

1. *Oraison funèbre de très haute, etc. Christine de Bavière...* (par La Broue. — Exemplar in quo haec, pp. 42 et 43, legi in codice manuscripto G (*Grenoble*) est ipsius *La Broue* manu emendatum (*premières épreuves de l'oraison funèbre.*) Cf. Opus meum *Bourdaloue, Bibliographie*, p. 3.

2. Archives nationales, L. 1153, imprimés.

de la Vieuville, quae abbatiam N.-D. Meldensem dimiserat 1690
ob infirmam valetudinem, XXIV aprilis MDCLXXXVII.

Utrum illo die verba fecerit Bossuet necne, nescimus. Videmus tantum ex litteris XIII septembris MDCXCVIII, licentiam fuisse D^ae^ *de la Vieuville* ab episcopo concessam, caerimoniam adeundi qua inaugurabatur abbatissa in eius gradum suffecta. Quod enim cum postea ipsi Bossuet forsan opponeretur eiusmodi licentiam renuenti, respondit :

Quand je permis à Madame de la Vieuville de venir à la bénédiction de feu Madame de Berci, c'étoit la ramener dans son monastère, d'où j'eusse bien voulu qu'elle ne fût jamais sortie [1].

Invitus enim Bossuet permiserat illam monasterium sibi commissum deserere, ut facile patet litteras legenti XIX Maii MDCLXXXVII datas :

Madame de Notre-Dame a enfin donné sa démission, sans qu'on ait pu la faire changer de dessein, quelques délais qu'on apportât à l'exécution de ses anciennes résolutions.

Patet magnam huius exstitisse cum Bossuet necessitudinem. Illius quippe solemne religiosi habitus assumpti festum oratione, nunc amissa, celebraverat Meldis, die VIII septembris MDCLXIX, ipso tempore quo electum se esse cognovit ad episcopalem Condomensis civitatis sedem. Itaque, postquam amitae suae Mariae I *de la Vieuville*, X octobris MDCLXXX defunctae, successerat, ab episcopo iam suo visitata est paene statim ab eius in urbem ingressu, IX februarii MDCLXXXII [2].

Quid autem de ista actum sit, quomodo ad monasterium Sanctae-Farae secesserit, mox relinquendum ut ad domum

1. Lachat, t. XXVIII, p. 532.

2. *Mercure galant*, mars 1682, p. 48. « Ce Prélat qui receut son compliment (de M. Leber, pour le Corps de la Prévosté) de la manière du monde la plus obligeante, porta son honnesteté jusqu'à luy rendre visite, après avoir esté salüer Madame de la Vieuville, Fille du Duc de ce nom, Abbesse de l'Abbaye de Nostre-Dame... »

1690 dictam *les Clairets* anno MDCXCIV confugeret, in alio tandem monasterio defunctura, anno MDCCXXI, cum praesentis propositi non sit, videas in litteris *Bossuet* diversis temporibus scriptis. Anno MDCXCIII in finem vergente decessit nova abbatissa *de Berci* [1].

XV septembris.

Audivit Bossuet in praedio episcopali *Germigny* eiurantem Calvinismum Josephum *Saurin*, de quo iam supra [2], XV Ianuarii MDCXC. Fuit is pater Bernardi-Josephi qui dramata condidit, inter quae *Spartacus* eminet, propter quod in Franciae Academiam acceptus est anno MDCCLXI. Nominis eiusdem, immo parentelae fuit ac Jacobus *Saurin*, contionibus inter protestantes satis conspicuus [3].

VI novembris.

Incipit visitatio monasterii Iotrensis prout eruitur e manuscripto codice Meldensi [4].

---

1. V. *Gallia christiana*, t. VIII, col. 1721-1722. Lachat; XXVIII, pp. 454, 508, 530. Cf. ea quae inferius dicentur ad V Iunii MDCXCIV.

2. P. 58, n° 5.

3. De Jacobo *Saurin* eiusque eloquentia habemus librum non spernendum cui titulus est : *Saurin et la prédication protestante jusqu'à la fin du règne de Louis XIV,* thèse présentée à la faculté des lettres de Paris par E. A. Berthault. Paris, 1875, in-8, 332 pp. — A Josepho *Saurin*, qui fuit geometriae peritus, sed potissimum asperis cum J.-B. *Rousseau* disputationibus notus, habemus elogium Bossuet, scriptum in *Journal des Savans* (t. XXXVI, lundi 8 sept. 1704, pp. 905-931).

4. « Lundi 6 novembre, vers onze heures, réception solennelle au choeur de l'Eglise du monastère de Jouarre, puis chapitre (Monseigneur) *auroit* fait un discours succinct déclarant que son intention estoit en cette entrée de faire la visite de tous les lieux réguliers et aultres du dedans de la maison, attendu que jusqu'alors il n'avoit pu s'acquitter de ce devoir, à quoy en mesme temps il se *seroit* acheminé... etc.. »

VII novembris. 1690

Homiliam de Evangelio feriae III ad moniales habet, quae fuit de aliqua ex octo *beatitudinibus*, prout conicere licet ; hic enim dies septimus erat in *Octava* festi Sanctorum omnium. De *Ordinatione* autem his diebus facta, videndae sunt litterae ad D^am^ *d'Albert* IX et XX novembris datae, quae forsan hanc attingere valeant [1].

Erant iam ordinationes, circa mensem sextilem factae, si tamen ea quae leguntur in litteris die XX Iulii datis, tum ad quasdam e monialibus quae plene praelati auctoritatem agnoverant, tum ad omnem "*Communitatem*", executioni sint mandata. Dixerat enim Bossuet :

> Tachez de ramener vos sœurs par la douceur... Je pourvoirai au surplus dans la visite que j'espère faire dans les premiers jours du mois prochain [2]... Je me prépare à faire une nouvelle visite au commencement du mois prochain, où j'espère que toutes altercations éteintes et avec moi et entre vous à jamais, nous ne parlerons que des instructions et consolations spirituelles... [3]

In illa forsan visitatione, quam frustra in codice visitationum domus requisivi, actum est de Ordinationibus quas inferius referendi occasio erit, sub titulo : *Avis à une Communauté de Filles (sur l'esprit de partialité)* ; dicebat enim ad moniales :

> Commencez à chercher la paix de votre maison, etc. [4].

At cum in litteris aut relationibus non viderim hanc quam animo intendebat visitationem esse reipsa habitam, eam suo tempore in hoc indice ponere non sum ausus. Praesentis autem visitationis dies et res in ea habitae

---

1. Lachat, t. XXVIII, pp. 7, 8, 9. — « Mardi, Chapitre après la messe... Après avoir invoqué l'assistance du Saint Esprit, il a fait son exhortation sur l'évangile courant et a fait publier les ordonnances qui s'ensuivent... »
2. *Ibid.*, p. 304.
3. *Ibid.*, p. 305.
4. *Ibid.*, p. 305. Cf. infra : Appendice II, p. 192.

1690 referuntur, cum in relatione authentica tum in epistula II novembris a Bossuet scripta :

Il n'y a rien de changé dans ma marche, et c'est toujours samedi au soir [1] que je serai à Jouarre, sans y manquer, s'il plaît à Dieu [2].

In alia autem circa idem tempus data, quandiu haec visitatio duraverit videmus. Scribebat enim paulo antequam discederet Meldis, ad Sororem *Chevri :*

Cette lettre a été écrite de Meaux ; mais vous la recevrez de Jouarre où vous pourrez m'écrire dimanche, lundi et mardi jusqu'à deux heures [3].

XXIII decembris.

In sacra ordinatione sacerdotum, forsan verba facit Bossuet.

XXV decembris, die Nativitatis.

Contionem habet in maiore basilica, Meldis. Utramque dictam esse orationem coniectura solum assequi possumus. Cum autem e Commentariis *Ledieu* videamus solitum esse Bossuet in ordinationibus verba facere, eundemque, quotiescumque Meldis tempore festi aderat, in ecclesia sua contionari, concludendum est, etsi dubitanter, hisce diebus orationes ab eo esse habitas. Scribebat quippe ad Dam *d'Albert*, de visitatione ad monasterium, quam in mensem decembrem promiserat, mense tantum Ianuario anni posterioris facta :

J'ai cette semaine l'ordination, la fête (Noël) approche ; ainsi vous voyez bien que ce ne sera qu'après que je pourrai vous aller voir [4].

1. Qui dies mensis IV erat.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 6.

3. *Ibid*. p. 473.

4. *Ibid.*, p. 9. De hac autem visitatione, certo facta ante diem XXII Ianuarii, nihil prorsus in codice visitationum inscriptum est. Cf. Lachat, *ibid.*, p. 13. Post Ianuarii initium anni MDCXCI Meldis transactum, Parisiis, die VII, et die VIII, in aula *(Versailles)* Bossuet aderat. *Ibid.*, p. 12, 458, 475.

1691

ANNO MDCXCI

XXVI Maii.

Uxor Josephi *Saurin*, Parisiis, coram Bossuet, haeresim detestatur. (Cf. superius, xv Ianuarii MDCXC [1].)

VII Iunii.

Bossuet, visitationis tempore praefici curat D^{am} *de Beauvau* domui dictae *des Filles charitables* in municipio *La Ferté-sous-Jouarre*.

Haec integre e litteris diversis eruimus inter se collatis quas exscribere operae pretium est, ut quam multa lateant in illis epistulis appareat. Dominae *Cornuau* in hac domo eodem tempore habitanti scribebat Bossuet ineunte Iunio :

Je me réjouis de l'arrivée de M. B. (Madame de Beauvau) que j'irai établir jeudi, sans y manquer [2].

Hanc epistulam, nescio quo errore extra locum suum positam et diei x novembris adfixam, profecto tempore quo dixi scriptam esse patet. Conferatur, quaeso, cum litteris ad D^{am} *de Tanqueux* missis die I Iunii. Huic enim quae domum fundaverat eandemque regebat, sic scribebat Bossuet :

Je me réjouis de l'heureuse arrivée de Madame de Beauvau. J'ai divers engagements qui ne me permettent pas de l'aller installer jusqu'à jeudi ; mais ce sera ce jour-là sans manquer, et je tâcherai d'arriver de bonne heure à la Ferté, après avoir néanmoins dîné ici (à Germigny) [3].

Ex posteriore epistula prior illustratur, nominisque initialis littera *B* explicatur. Quod enim legendum sit *Madame*,

---

1. P. 58.
2. Lachat, t. XXVII, p. 475.
3. *Ibid.*, t. XXVIII, p. 482.

1691 ex ipsa epistula reliqua ad D^{am} *Cornuau* iam patebat. Ea enim particulam *de* fere semper omittebat, quotiens nomen in epistulis quas transcripsit solis indicabat initialibus litteris. Hinc, ut exemplum quaeratur, *l'abbé de Fortia* de quo in epistula ad D^{m} *de Tanqueux* VIII novembris MDCXCII missa agitur, fit *M. F.* in litteris a D^{na} *Cornuau* transcriptis [1].

De eadem vero caerimonia inauguratae « superioris » testimonium invenitur in litteris ad Dominam *de Tanqueux* I Iulii datis (in quibus visitaturum se domum promittit in mensem sextilem).

Je vous envoie, Madame, la minute de l'acte d'établissement de Madame de Beauvau... Il y a beaucoup à louer Dieu de nous avoir envoyé Madame de Beauvau... [2]

Legatur etiam epistula I sextilis directa ad ipsas moniales, ad quas mittit litteras testimoni quibus constaret Mariam *de Beauvau* esse domui praefectam [3].

IX Iunii, sabbato, in vigilia Trinitatis.

Ad ordinandos forsan verba fecit, si conicere liceat ex litteris ad D^{am} *d'Albert* missis :

Les affaires de l'ordination de samedi prochain me tenant occupé dans les premiers jours de cette semaine il n'est pas possible que j'aille passer dans ces entrefaites un jour entier... (à Jouarre)... Tout ce que je pourrai, c'est d'y aller vendredi matin, de la Ferté-sous-Jouarre, où j'irai coucher jeudi, et de revenir ici vendredi soir... [4]

---

1. Lachat, t. XXVII, p. 474-476 ; t. XXVIII, p. 483.
2. *Ibid.*, t. XXVIII, p. 480.
3. Quae quidem datae erant : « *A la Ferté-sous-Jouarre, en visite, le vendredi huitième jour de juin, 1691* ». — Cf. Lachat, *ibid.*, p. 483, lettres du 17 juin.
4. *Ibid.*, p. 23.

1691

XVI sextilis.

Promulgatae sunt ordinationes synodales [1].

XX sextilis.

Apud *Rancé* festum S. Bernardi agit Bossuet, prout in commentariis *Ledieu* legitur [2].

Ledieu nullomodo tempus indicat quod tamen, e litteris scriptis D[ae] *d'Albert*, ad annum MDCXCI referendum esse conici potest :

Mon voyage à la Trappe ne sera en tout que de neuf ou dix jours [3].

VIII septembris.

Contionem quandam expresse testatur *Lebarq* in indice esse habitam, de qua agitur in codice visitationum Meldensi [4]. Certum est autem, ex litteris ad D[am] *Cornuau*, Bossuet eo tempore Iotrense monasterium adivisse ; scribebat enim XVIII septembris :

Pour vous tirer d'inquiétude, je vous fais ce mot, ma fille, où vous apprendrez que le rhume que j'ai apporté de Jouarre a été, Dieu merci, peu de chose : j'y dois retourner dans peu [5].

---

1. Cf. Lachat, t. V, p. 475 et 490. — *Gallia christiana*, t. VIII, col. 1658. — Cf. *Journal des Savans*, lundi 7 janvier 1692, p. 15, in quo tamen indicatur synodus ut habita mense septembri : « Il ne se peut rien de plus utile pour le gouvernement d'un diocèse que ces statuts publiez dans le synode de M. de Meaux, au mois de septembre dernier. »

2. « Saint Bernard étoit, à son avis, un des plus grans Docteurs de l'Eglise après saint Augustin... Son amour pour ce père le fit aller exprès à la Trappe, pour y passer le jour de sa fête. » *Mémoires*, p. 57.

3. V. litteras die XII sextilis datas (Lachat, XXVIII, p. 30. Cf. p. 32). Ex una ex epistulis ad *Rancé* XXIX sextilis missa, apparet illum e monasterio nuperrime esse egressum (Lachat, t. XXVI, p. 459).

4. *Sermon à Jouarre à l'issue des vêpres*. Lebarq, *Hist. crit.* p. 350.

5. Lachat, t. XXVII, p. 476.

1691

IX septembris.

E codice visitationum erui potest Dominica II septembris factam esse hortationem ad moniales [1].

XIV novembris.

Etsi in relationibus visitationum Iotrensis domus nulla legitur inter visitationem IV septembris aliamque XVII decembris infra videndam, certum est ex his litteris monasterium intrasse Bossuet paulo ante V octobris [2], immo forsan etiam accepisse vota professionis D^ae^ *de la Guillaumie*, prout videtur intellegi posse ex sequentibus verbis :

J'ai une grande consolation de ce que vous me mandez de ma sœur de Guillaumie et de ses compagnes, aussi bien que de nos dernières professes. Ce m'est en vérité une grande joie d'avoir mis la dernière main à leur consécration.

A die XXIV octobris videtur Bossuet iter sibi propositum fecisse ad Dam *d'Albert* [3].

XVII decembris.

His diebus habita est sexta e visitationibus in codice iam citato inscriptis, cui titulus est : *Extraits des procès-verbaux des Visites de Jouarre*. Nulla in ea indicatur exhortationis mentio. In litteris XIX decembris Meldis Dae *Cornuau* scriptis legitur :

Puisqu'en arrivant de Jouarre, je me trouve assez de loisir [4]...

1. « Bossuet donne la tonsure à Nicolas Devaux de Joui-sous-Morin. A dix heures, exhortation au parloir des religieuses de Jouarre. » E codice Meldensi.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 48.

3. *Ibid.*, p. 42.

4. *Ibid.*, t. XXVII, p. 486.

Conicio autem in hac visitatione audivisse Bossuet quasdam saltem e monialibus « vota renovantes », de quibus haec ad D^am^ *d'Albert* mittit : 1691

Prenez garde qu'on n'aille pas s'imaginer que je vous aie obligées à renouveler vos vœux comme si je jugeois insuffisans ou imparfaits ceux que vous avez faits avant moi... Du reste, je ne vois pas qu'il y ait de façons à faire sur un renouvellement qui se fait tous les ans dans tous les monastères, ni sur la foi que vous aurez eue en la grâce du ministère épiscopal, en le faisant *entre mes mains* [1].

Ad illam renovationem referri videtur opus inter scripta Bossuet iam notum, cui titulus *Acte d'abandon*, quod e plurimis epistulis subiectum oculis, quasi confici videmus. Non desunt enim opera quorum originem, prima lineamenta, deinde reliquam scriptionem integram deprehendere liceat in litteris ad moniales a Bossuet scriptis. Iuvat igitur exempli gratia, quaecumque ad opus *de plena in Deum sui traditione* pertinent, exscribere. Iam die xxiv octobris Bossuet ad D^am^ *d'Albert* haec mandabat :

Votre lettre du 23, ma fille, me marque le contentement que vous avez, Madame votre sœur et vous, de l'ouvrage qu'on vous a envoyé de ma part ; Dieu soit loué. Il y avoit plusieurs jours que j'enfantois, ce qui me sembloit, quelque chose pour vous, quand vous m'avez exposé les désirs de M^me^ de Harlay.

Haec autem credenda est a Bossuet petivisse aliquid adiumenti ad vota renovanda.

Tout ce que je méditois y revenoit fort et il n'y aura qu'à le tourner au renouvellement des vœux et de la retraite. Ainsi se fera, s'il plaît à Dieu, au premier jour et *peut-être cette nuit*, si Dieu le permet [2].

Hic igitur deprehenditur ratio agendi Bossuet quam apprime significavit *Ledieu* in Commentariis [3]. In epistula vero iam incepta pergit Bossuet :

---

1. Lachat, t. xxviii, p. 311.

2. *Ibid.*, p. 42.

3. « Maître de son sommeil, il l'interrompoit pour prier Dieu, au milieu de la nuit, ce qu'il a fait tout le temps de son épiscopat à Meaux, et pour travailler dans le silence et le recueillement, tant que sa tête y pouvoit fournir ; il retrouvoit ensuite le sommeil et se reposoit encore suivant le besoin. » *Mémoires*, pp. 213-214.

1691 Vous avez déjà vu qu'il me sera facile de tourner quelque chose que je vous destinois, à la retraite et au renouvellement des vœux... Il s'agit d'un acte d'abandon que je crois spécialement nécessaire à votre état... Je ne dirai rien qui ne puisse paroître commun à tout chrétien dans le fond [1]...

Illud autem opusculum ad eandem missum est circa medium decembrem. Videmus quippe litteras die XIV novembris scriptas, quae sic habent :

Je vous envoie l'écrit pour la retraite. Vous en pouvez laisser tirer des copies... Vous me ferez plaisir après cela de me renvoyer l'original, parce que j'en veux envoyer autant aux Filles de Sainte-Marie de Meaux [2].

Legatur etiam epistula die sequenti data, ex qua quomodo describerentur opera Bossuet, apparet [3]. Quodnam sit autem opus eo modo confectum descriptumque, non ambigitur. Illud enim quod inter opera Bossuet titulum habet *Acte d'abandon* satis designari arbitror, ut ad hunc annum et prope diem referri valeat. Quod si quis haereat, verba ipsa ad quae respicere videtur Bossuet in epistula XXIV novembris scripta, omne dubitandi argumentum tollere videntur. Cum enim in exemplari manu Bossuet scripto, Domina *d'Albert* omnia legere nequivisset et proinde plura coniciendo posuisset a se ficta, hanc animadversionem in sequentibus litteris accepit :

Quant à mon écrit, votre correction n'est pas mauvaise, mais vous avez trop deviné. La première ligne, en effet, ne signifioit rien sinon que le sens étoit complet à cet endroit, et la seconde, que c'étoit la fin de tout le discours. Le changement que vous avez fait n'altère rien dans le sens, mais je l'aime mieux comme il étoit : mon intention a été que les paroles de l'Apocalypse fussent la conclusion de tout [4].

Porro in opusculo cui titulus est : *Discours sur l'acte*

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 45.
2. *Ibid.*, p. 48.
3. *Ibid.*, pp. 48 et 87.
4. *Ibid.*, p. 51.

d'abandon à Dieu, ultima verba sunt haec ipsa sententia de Apocalypsi ducta : 1691

Oui, je viens bientôt. Ainsi soit-il, venez, Seigneur Jésus, venez. La grâce de Notre Seigneur Jésus-Christ soit avec vous. Amen. Amen [1].

At enim in altero opusculo : *Discours sur la vie cachée en Dieu*, non pauca sub finem inveniuntur ex Apocalypsi excerpta. Sed praeterquam quod non ita convenit tractatus *De vita in Deo abscondita* cum ipsis verbis ex epistulis iam allatis, notandum est etiam in transcriptione eiusdem opusculi, in Bibliotheca publica *de l'Arsenal* servati, annum MDCXC esse inscriptum. In manuscripto enim codice [2] legitur : *Cet écrit est de Mgr de Meaux et à l'usage de J. C. de Rodon de S. Michel, 1690*. Quia autem hic annus assignatur in huiusmodi transcriptione, qui non congruit cum anno MDCXCVI, ideo concludendum esse hanc nostram firmari opinionem, non contendere ausim. Ceterum si fidendum sit verbis quae *Lachat*, initio huiusce operis de *Vita abscondita* inscripta esse dixit in exemplari Meldis asservato, non inter se consentiunt exemplar Meldense et exemplar Parisiense inscriptum nomine *de Rodon*. Meldis enim legitur : « *Fait par Monseigneur l'évêque de Meaux en 1692* ». Ad hanc igitur *De vita abscondita* scriptionem videtur spectare epistula IV aprilis MDCXCII scripta, qua ad D^am^ *Cornuau* mittebatur scriptum aliquod de quo haec legimus :

L'écrit que vous avez reçu de Jouarre vous a été envoyé par mon ordre exprès... Quoiqu'il soit fait à la prière de quelques religieuses, le fond en est commun à tous les chrétiens [3].

Quae autem verba, etsi cum utroque opere consentiunt, tamen ab ipso Bossuet expresse de priore, scilicet de

1. Lachat, t. VII, p. 533-543.
2. 5835, primi folii initio.
3. Lachat, t. XXVII, p. 492.

1691 *Traditione sui*, dicta esse vidimus. Haud scio, ex litteris quas attulimus ad VII Iunii MDCXC, an dies et tempus recte inscribantur in litteris a D[na] *Cornuau* traditis. Etsi autem aenigma non commode solvi posse arbitror, id non magni est momenti. Unum saltem e nimis prolixa disputatione eruendum esse censeo, nimirum intuenti sedulo Bossuet epistulas aut reliqua opera, aliquatenus apparere quomodo et quando plura in lucem venerint quae ad iuvandas moniales sibi commissas scripserit. Quod ut clarius pateat, ea quae ad diem XXV decembris subicio notari velim.

XXV decembris.

Contionem equidem in festum Nativitatis hoc anno habitam inter ignota aut amissa ponendam esse non contendo. Hanc quippe de Christo qui « pluribus lapis offensionis et scandali factus est » inter opera edita legimus[1]. Ibidem quaerendum est quomodo, ut morem gereret cuidam moniali, orationem quam dixerat, dictare voluerit[2]. At non minus iucundum fore arbitror quasi ipsa huiusce contionis initia colligere, quae invenimus in litteris XIX decembris datis. Dum enim D[ae] *Cornuau*, in festum Nativitatis proximum, « exercitium », ut ipse dicebat, tradit, videtur nobis paene contionem suam aut saltem huiusce orationis silvam rerum aut materiem praebere. Habemus enim contionem, ut nunc dici solet, « *avant la lettre*, » in hac epistula praemissam :

Vous ne sauriez rien faire de mieux la nuit de Noël que de bien méditer devant Dieu ce qui est dit de l'Enfant Jésus aux versets 34 et 35 du chapitre II de saint Luc en le joignant au verset 16[e] du XXVIII[e] d'Isaïe cité par S. Pierre en sa première Epître, chapitre II, versets 6, 7, 8, saint Paul aux Romains, chapitre IX, verset 33 ; et

---

1. Lebarq, t. VI, p. 439-449.
2. Cf. Lachat, t. XXVIII, p. 311.

à la parole de Jésus-Christ même en saint Mathieu, chapitre IX, verset 6. Offrez-moi à Dieu afin que s'il m'inspire, je traite dignement un si grand sujet le jour de Noël et que je fasse trembler ceux à qui Jésus-Christ est un sujet de scandale [1]... 1691-1692

Conferenti autem haec Scripturae sacrae testimonia cum locis allatis in ipsa oratione quam habemus, facile patebit Bossuet, dum epistulam scribit, quaecumque dicturus erat iam collegisse. Non praetereundam esse duxi hanc animi modestiam in tanti ingeni viro, qui humilis viduae preces requirebat quibus ipso orationis dicendae die iuvaretur. Hoc enim ad indolem Meldensis episcopi pertinere quis non videat [2] ?

ANNO MDCXCII.

I aprilis.

Homilia habetur de evangelio diei, scilicet feriae tertiae maioris hebdomadis [3], prout ad septimam visitationem Iotrensem in codice inscriptam refertur [4].

Deinde *Ordinatio* quaedam promulgata est, nec tamen propter festa paschalia integra visitatio perfici potuit, circa XI sextilis tantum continuanda. A die XXVIII Martii de hoc in monasterium ingressu sollicitus, eo quod ante paucos dies Henrica *de Lorraine* abbatissa redierit, scripserat Bossuet ad D^am^ *d'Albert* :

J'envoie faire compliment à M^me^ de Jouarre et en même temps vous assurer, ma fille, que je vous verrai toujours lundi à midi. Qu'on

---

1. Lachat, t. XXVII, p. 487.

2. De Scripturae sacrae locis ad quos advocatur in contione, vide *Lebarq*, l. c. infra paginas 440 et 441.

3. « A Jouarre sur l'Evangile (Mardi Saint).» Lebarq, in indice (p. 350).

4. « Ledit jour trois heures de relevée mondit seigneur estant entré dans ledit monastère de Jouarre pour y tenir le chapitre... L'invocation du Saint-Esprit préalablement faite, il *auroit* fait un discours sur l'évangile courant. »

1692 prie Dieu pour le succès de la prochaine visite... Adressez-vous à Dieu en qualité de *moteur des cœurs :* j'ai souvent éprouvé que cette sorte d'adoration lui est très agréable et qu'elle est suivie de grands changements [1].

VIII aprilis.

Feria III post Pascha, contionem habet Bossuet de Evangelio huius diei [2].

IX aprilis.

Homilia in verba : *Nonne haec oportuit pati Christum*, etc. *Luc*, XXIV, 26 [3].

Haec prout exscripsi ex exemplari Meldensi visitationum hic propono, ut appareat *Lebarq* alia documenta prae oculis habuisse, siquidem in indice contionem *de Christi imitatione* ad diem VIII refert. Utra autem relatio sit praeferenda iudicare non valeo. Fateor tantum me non multum fidere transcriptioni recenti quae Meldis servatur, quippe quae non pauca, brevitatis causa, omiserit.

XXI Iunii.

Bossuet in missione in pago *Acy* habita, saltem ex proposito quod habetur in litteris XIX Iunii datis, verba fecisse conici potest :

C'est samedi que je pars pour la mission d'Aci et lundi j'espère être de retour ici (à Germigny) [4].

1. Lachat, t. XXVIII, p. 71. Cf. infra, P. II, cap. III, p. 151 et 199, note 3.

2. « La Ferté-Gaucher. Visite. Prédication en chaire sur l'Évangile du jour (mardi de Pâques). » E codice Meldensi.

3. « Le lendemain il dit la messe à Saint-Romain, confirme 300 enfans. Sermon sur la nécessité d'imiter Jésus-Christ dans ses souffrances pour avoir part à sa gloire. »

4. Lachat, t. XXVIII, p. 93.

XI sextilis. 1692

E codice visitationum, fit adhortatio de visitando monasterio [1].

XIII sextilis (feria IV).

Contio habetur *de officiis vitae religiosae* [2] Hanc orationem quam indicare non omisit *Lebarq*, scriptam esse ideoque non desperandam, conicere licet ex litteris ad D^am^ *d'Albert* :

> Si vous prenez la peine, à votre loisir, de mettre mon exhortation sur le papier à grandes marges, j'y écrirai ce qui me reviendra de plus ou de moins que vous n'en aurez extrait [3].

VI septembris.

Ex nona « visitatione » in codice Meldensi relata quae sic incipit : *Sur le rapport qui nous a été fait de quelque désordre arrivé dans le monastère de Jouarre...*, pauca notanda sunt. In illa sessione VI septembris actum esse videtur de admissione ad professionem plurium monialium. Conicere possumus, cum valde dissentirent moniales inter se, divisiones seu partes exstitisse quibus mederi conatus fuerit praesul, ut in appendice II patebit. Non praetermittenda sunt Bossuet verba quae ad hunc diem referri posse videantur :

---

1. « 8^e^ visite à Jouarre. Lundi 11 août, Monseigneur à l'entrée auroit été receu processionnellement par toutes les religieuses avec croix et banière au chant du psaume *Laudate Dominum*, puis conduit au chœur .. Après le chant du *Veni Creator Spiritus* seroit allé au chapitre... où estant et toutes les dites religieuses, le saint nom de Dieu préalablement invoqué, il auroit fait un discours touchant la présente visite. »

2. « Mercredi 13. ... A quatre heures de relevée il seroit entré au dedans du dit monastère... où il auroit été receu à l'ordinaire et conduit au chapitre ou estant, après avoir invoqué le Saint-Esprit, il auroit fait une exhortation sur les principaux devoirs de la vie religieuse. »

3. Lachat, t. XXVIII, p. 95. Cf. inferius dicenda, p. 81, XII Iulii MDCXCIII.

1692 Ce qu'il y aura à dire sur ces professions, c'est qu'après avoir fait l'examen des filles porté par le Concile de Trente, j'allai le jour de ces professions à la Ferté-sous-Jouarre pour y donner quelques ordres nécessaires ; et qu'on crut que c'étoit un prétexte que je pris pour n'assister point à cette cérémonie, ne voulant point donner prétexte à la retarder [1]...

X septembris.

Cum Johanne *Phelipeaux* suo vicario generali Bossuet moniales interrogat [2].

XXX octobris.

Die XXIX, dum visitat paroeciam (*La Ferté-au-Col*), se monasterium die postero ingressurum esse significat, quo hortatur moniales de festo futuro [3]. Hanc adhortationem male declarat *Lebarq* die XXIX esse habitam.

XXV decembris.

De contione Meldis facta, quam recte nuntiavit index *Lebarq*, vide litteras Bossuet die XXI datas ad Dam *d'Albert*, in quarum post-scripto invenitur, ut ipse dixit [4], argumentum contionis. Videtur Domina *Cornuau* ex iis litteris desumpsisse id quod sibi scriptum esse forte finxit [5].

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 96. De relatione ad quam respicit illa notatio, Cf. ea quae dixi : *Lettres de Bossuet révisées*, p. 46.

2. V. *Procès-verbaux des Visites de Jouarre.*

3. « ... Et le jeudi 30, à trois heures de relevée, ayant mandé, au parloir de la Chapelle, la Révérende Mère de la Croix, prieure, et autres officières, il leur auroit dit qu'il étoit venu audit monastère de Jouarre, en ces jours, pour deux raisons : la première, pour disposer les religieuses de la communauté à célébrer saintement la Feste de tous les saints, selon le devoir de sa charge; la seconde, regardant l'absence prolongée de l'Abesse... » *Ibid.*, ex eodem codice.

4. « Le sujet de mon sermon de Noël, que je vous donne à méditer. »

5. Cf. *Lettres de Bossuet révisées*..., pp. 58-60, ubi huiusmodi mutationes deprehendisse mihi videor. Cf. infra XX Maii MDCXCIV, p. 83, n. 1.

XXVIII decembris (*Jouarre*). 1692-1693

Ex iam allatis codicibus deducitur contio facta de visitatione[1] et de *abbatissa* nuper electa[2].

ANNO MDCXCIII

III Ianuarii.

E codice visitationum monasteri Iotrensis patet facta esse verba ad moniales[3].

XVII Maii, in festo Trinitatis.

Habitum religionis confert Bossuet in domo Meldensi monialium Sanctae-Ursulae, ac postea monasterium Iotrense visitat. Sabbato XVI Maii, etiam facta est ordinatio ; quae universa ex litteris XI Maii scriptis ad D^am^ *Cornuau* inveni, quas referre iuvat :

Je ferai la cérémonie que vous m'avez prié de faire aux Ursulines le jour de la Trinité ; je veux bien, ma fille, que vous veniez à cette prise d'habit. Si vous avez à venir, il faut que ce soit le vendredi, comme vous me marquez, parce que je vous donnerai

---

1. « Après avoir célébré la sainte Messe, sur les neuf heures du matin, il seroit entré au dedans du dit monastère, à l'issue de la grand'messe...; et, ayant fait assembler la communauté dans le chapitre, après avoir invoqué le Saint-Esprit, il auroit fait un discours sur l'état présent du dit monastère, expliquant, à la dite communauté ce qui lui avoit été mandé, par ordre du Roy, par suite de la démission de l'abbesse..., et de la nomination de Madame Thérèse de Rohan, fille de M. le Prince de Soubise, religieuse bénédictine du monastère de Chassemidy de Paris. »

2. De nova Abbatissa cuius velaminis, die XXIX decembris MDCLXXX, *Bourdaloue* contionem dixerat, vide meam disputationem : *Bourdaloue, Histoire critique de sa prédication,* in hunc annum (II P. Chronologie, 27 nov. 1680.)

3. « Le samedi troisième du dit mois, au dit an, Mon dit seigneur, ayant célébré préalablement la sainte messe, seroit entré audit monastère..., dans le chapitre, toutes les religieuses assemblées capitulairement au son du timbre : après avoir invoqué le Saint-Esprit..., fait son exhortation... »

1693 quelques heures samedi après l'ordination... J'irai après la cérémonie à Jouarre, d'où je reviendrai mercredi matin [1].

Nomen vero monialis cuius solemnem caerimoniam curavit Bossuet, non inveni. In codice autem visitationum monasteri Iotrensis, de diebus XVII, XVIII, XIX nihil habetur, nisi Bossuet de modo agendi canonicorum et monialium tractasse [2].

XXXI Maii.

Solemnes supplicationes habet Bossuet, Meldis, de regis morbo sanando [3].

Id autem quod e commentariis *Rochart* desumpsit *Lebarq*, facile litteris die XXIX datis compleri potest. Hanc enim solemnem supplicationem die postero, sabbato XXIX mensis, incipiendam nuntiabat Bossuet in litteris ad abbatissam Sanctae-Farae missis :

Nous devons, Madame, commencer samedi des prières publiques où l'on descendra la châsse de saint Fiacre, pour la porter en procession générale dimanche après vêpres. On fera une octave solennelle : tous les jours on viendra en procession à la cathédrale. Je voudrois bien faire quelque chose d'approchant pour sainte Fare, et faire moi-même l'ouverture de la cérémonie... [4]

Haec autem in honorem sanctae Farae sperata solemnitas, ut videtur, in diem v Iunii MDCXCIV dilata est.

XII Iulii, IX Dominica post Pentecosten.

Homiliam de Evangelio dicit Bossuet in ecclesia paroeciali (*Jouarre*) [5].

---

1. Lachat, t. XXVII, p. 506.

2. Conflictus, ut aiunt, iurisdictionis saepe oriebantur inter abbatissam et sacerdotes sacro ministerio in domo monialium deputatos.

3. « Sermon aux prières faites pour le rétablissement de la santé du roi, à Meaux. » (Lebarq, in indice, p. 352).

4. Lachat, t. XXVIII, p. 497.

5. (Paroisse) sur l'évangile (Lebarq, p. 352).

Haec e codice visitationum videtur eruisse *Lebarq*. 1693
Coniciendum est fortasse in ea vel simili visitatione, a Bossuet esse in monasterio dictam contionem de qua saepius in litteris huius temporis agitur.

Cum enim, in litteris v sextilis ad D^am *d'Albert* missis, mentio fiat orationis quam Bossuet visurum se promittat, hanc ad anteactam nuper visitationem referre fas est :

Je vous assure qu'au premier moment de loisir, je reverrai le *Porro unum* [1].

Alteram vero epistulam cuius inter litteras locus est post epistulam XIII sextilis (feria V) et ante aliam XVII (feria II) datam, etsi tantum prae se fert: *vendredi matin*, ad hanc feriam VI quae dies XIV fuit, referre liceat ; haec autem habet :

J'aurai soin du sermon *Maria optimam partem elegit :* mais il faut prier Dieu qu'il m'en donne le loisir, comme j'en ai la volonté.

In aliis tandem litteris XVII sextilis scriptis, episcopus addit :

J'espère pouvoir travailler au premier jour au sermon de Marthe et Marie. J'aurais pu commencer dès aujourd'hui, s'il n'étoit (le manuscrit du sermon) à Germigny ; et vous pouvez assurer Madame l'abbesse qu'elle aura part à la révision que j'en ferai.

Videtur ergo contio quam Bossuet promittit ad hanc in Iulii visitatione dictam hortationem referri posse, quam exscribendam aut multo magis complendam, postulavit, D^na *d'Albert* postquam ipsa ea quae memoriter tenuerat ad Bossuet misit qui omissa adderet [2]. Etsi autem ipsum diem huius amissae orationis certo scire nequiquam tentavimus, huius saltem propositum et Scripturae locum de quo fuerit habita coniciamus ex epistulis supra laudatis oportet.

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 10.

2. Cf. supra, p. 77, eadem de adhortatione XIII sextilis MDCXCII in monasterio audita.

1693-1694

XXVI novembris.

Legitur in relatione Meldensi visitationum :

13 novembre. Faremoutiers. A l'Abbaye de Faremoutiers, il tient chapitre et fait une lecture de son Ordonnance de visite qu'il laisse entre les mains de la supérieure. Le 23, il avoit fait la visite depuis le 13 courant.

Debent haec paululum emendari. Non recte enim lectum est *punctum* post vocem : *supérieure*, at ponendum est ante verba *il avoit*... Praeterea dies ordinationi adscribendus non est XXIII, sed XXVI, prout certum est ex ipso exemplari authentico quod in Meldensi seminario servatur manu ipsius Bossuet emendatum. Hanc quippe ordinationem quam in appendice II subiecimus, propter abusus quos tollere tentabat, aegre plures videntur accepisse. Quod ut appareat, legi potest epistula I decembris ad D^am^ *de Beringhen* missa, in qua de ordinatione et de additionibus a Bossuet, manu propria factis, aperte agitur :

Si vos malades savent profiter, Madame, du remède que je leur ai présenté, leur santé est indubitable. Il est à souhaiter qu'elles aient vivement senti la piqûre et que l'orgueil crève et s'exhale par là, etc... [1]

ANNO MDCXCIV

XX Maii *(Festo Ascensionis).*

Ex litteris ad D^am^ *Cornuau* et D^am^ *d'Albert* [2] cum tempore huius festi videmus Bossuet Meldis adfuisse, fere certo concludere licet eum contionatum esse in ecclesia cathedrali.

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 502. Cf. infra in appendice II, *Ordinationis* n° X, n. 1, p. 205, plura de his litteris deducta quibus ordinatio die XXVI data illustratur.

2. Lachat, t. XXVII, pp. 528-531. — T. XXVIII, p. 179. Vide *Revue Bossuet*, 25 avril 1900, p. 119, litteras diei XV Maii a me collatas cum αὐτογράφῳ.

Immo ipsa orationis materia forte quaerenda est in epistula die XV Maii ad D^am^ *d'Albert* missa : 1694

Le mystère de l'Ascension comprend trois choses principales... le grand détachement où il faut être à l'égard de Jésus-Christ même... Son intercession par sa présence auprès de son Père... La descente du Saint-Esprit qui devoit être le fruit et de la présence de Jésus-Christ auprès de son Père et de notre détachement.

His in litteris, prout vidimus in contione de Nativitate Domini, XXV decembris MDCXCII, tradita esse ipsa puncta contionis probabili saltem coniectura arbitrandum est. At etsi eadem quae manu ipsius Bossuet scripta vidi in litteris ad D^am^ *d'Albert*, iisdem verbis leguntur in epistula eodem die ad D^am^ *Cornuau* data, cuius transcriptum tantum exemplar habemus, vehementer suspicor hanc ex litteris ad D^am^ *d'Albert* missis ea desumpsisse quae sibi scripta esse finxit et in litteris suis, solito more, inseruit [1].

XXX Maii.

Contionem in ecclesia principali Meldis habuit Bossuet, quam exstitisse certo scimus ex litteris ad D^am^ *d'Albert*, ipsa huius festi vigilia datis, die scilicet XXVIII. At emendemus oportet in his litteris prout editae fuerunt, annum male indicatum apud *Lachat*, qui posuit MDCXCIII [2].

Scribebat autem Bossuet, die sabbati XXIX mensis :

J'arrivai hier; je me dispose, s'il plaît à Dieu, à commencer l'office cette après-dînée, à chanter les matines demain à quatre heures, et à *prêcher* l'après-dînée. Mardi je retournerai prendre congé du roi et achever mes affaires. Vendredi je retournerai (c.-à-d. je reviendrai), s'il plaît à Dieu, pour l'ordination de samedi, et le jour de la Trinité, sans manquer et au plus tard, à Jouarre jusqu'au mercredi matin.

---

1. Hunc D^ae^ *Cornuau* consuetum agendi modum praeclare ostendit doctissimus C. URBAIN (*Bulletin des humanistes français*, 1896, n. 71). V. Bourseaud, p. 215, et Griselle, *Lettres de Bossuet révisées sur les autographes*, p. 59. Cf. supra, pp. 74 et 78 (n. 5).

2. T. XVIII, p. 116. Errore profecto extra locum suum legitur haec epistula.

1694 Ad aulam regiam iter fecerat Bossuet paulo post Ascensionem. Litterae quippe eius habentur die XXIV Maii datae [1], quibus videtur in II post Pentecosten feriam reditum in animo habuisse. Ex illo priore itinere se reversurum non crediderat nisi pridie Pentecostes, prout videmus in parte litterarum nuperrime edita [2] :

Je croy bien que je ne serai de retour que la veille de la Pentecoste.

Argumentum vero huius orationis die XXX Maii certo factae non male forsan quaeri potest in litteris iam relatis, die XXIX scriptis, quibus ad D^am^ *d'Albert* haec mittebat :

Adorez le Saint-Esprit sous le titre d'Esprit de Vérité, qui est celui que lui donne Jésus-Christ, en le promettant. Que tout soit vrai en vous : c'est tout dire et je vous laisse à méditer cette parole, ou plutôt je prie cet Esprit de Vérité de vous introduire dans ce secret [3].

V Iunii.

Post ordinationem de qua supra in litteris XXIX Maii scriptis, fuit baptismum solemne cuiusdam neptis D^ae^ *de Beringhen*, in monasterio Sanctae-Farae ; eodem forte tempore aut saltem die V, habita est solemnis supplicatio quam ante annum iam elapsum, die scilicet XXIX Maii MDCXCIII, animo intendisse vidimus episcopum in honorem sanctae Farae, quam, ni fallor, contione forte non omnino amissa celebravit Bossuet.

De baptismo quod in ipsum Trinitatis festum prius indixerat episcopus quaedam e litteris eius erui decet.

Die XV, in litteris nuper integrius inventis, haec legimus :

Je ne puis vous promettre de vous voir qu'après l'octave du Saint-Sacrement à cause de l'ordination et que, le jour de la Trinité, je dois être à Faremoutiers pour nommer une des nièces de Madame l'abbesse.

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 180.
2. *Revue Bossuet*, 1900, p. 120.
3. Lachat, p. 116. Conferri etiam debet epistula scripta XXXI Maii, p. 181.

Die autem mutato, ad D[am] *de Beringhen* haec in litteris 1694
xxvi Maii datis, mandabat :

Comme je serai, s'il plaît à Dieu, à Faremoutiers le samedi de la Trinité pour y faire en ce saint jour les cérémonies du baptême de Mademoiselle votre nièce, il sera, Madame, agréable à Dieu et aux hommes, que le public profite de mon séjour et que nous fassions, si vous l'avez agréable, la descente de la châsse de sainte Fare avec une procession solennelle. Je ne manquerai pas d'envoyer les mandemens nécessaires pour cela...[1]

Denique legimus a Bossuet Meldas regresso, haec de solemnitatibus baptismi ad eandem missa :

A Meaux, 13 juin 1694. Le moyen, Madame, de se porter mal après tous les soins que vous avez eus de ma réception. Comment se porte ma filleule ? Elle nous fit un beau régal le jour de son baptême...

De supplicatione autem ad sanctam Faram ita tacent litterae ut ad coniecturam confugere necesse sit. Non dubitandum quin habita fuerit solemnitas. At factam esse orationem minime constat. Libenter huic diei tribuere velim ea quae de sancta Fara leguntur in ultimo tomo operum a *Lebarq* editorum [2].

Recte illa, quae referre non vacat, sub hoc titulo posita : *Les parents ne doivent pas s'opposer à la vocation de leurs enfans : vertus de sainte Fare*, ad aliquam huiusmodi orationem pertinere arbitratus est *Lebarq*.

Quae autem addidit [3], illa nempe forsan aliquid esse orationis funebris die xvi Iulii MDCLXXXVI habitae, non adeo probanda mihi videntur. Si autem argumentum de *vocatione,* non quidem ob baptismum mane factum, sed occasione alicuius vocationis religiosae nuper declaratae usurpatum esse fingimus, non deest « vinculum », quod,

1. Lachat, t. XXVIII, p. 509. Mandatum die XXXI scribit Bossuet se nuperrime misisse, p. 510. Addebat autem : « *Nous expliquerons le reste de vive voix samedi, s'il plaît à Dieu.* »

2. T. VI, *Pensées chrétiennes et morales,* n. XXXIX, p. 547.

3. *Ibid.*, p. 547, n. 1.

1694 cum non sit multum firmum, non omittam significare. Ipso enim die quo futuram solemnitatem sanctae Farae nuntiaverat Bossuet, iisdem in litteris addebat :

Mademoiselle de Pons partit hier pour aller *aux Clairets*.

Porro, etsi pauca et nimis incerta cognovimus de illius vocatione, fortasse supponere licet, ex litteris die xxxi Maii datis, eandem a matre invita in religionem esse dimissam.

Mademoiselle de Pons s'est expliquée de ses intentions à Madame sa mère, plus qu'elle ne l'avoit fait à moi-même, en sorte qu'il n'y a presque plus à douter qu'elle ne demeure [1].

Sola revertit mater, filia in monasterio relicta, ut patet e litteris die xiv Iunii scriptis :

Voilà Madame de Pons, Madame, qui va vous rendre ce qu'elle vous doit, et vous marquer sa reconnoissance pour toutes les bontés que vous avez eues pour Mademoiselle sa fille. J'entre en part dans toutes les obligations qu'elle vous a. Elle vous mène Madame de Fercourt, sa sœur, et toutes deux souhaitant avec passion d'avoir l'honneur de vous voir au dedans, je vous prie de leur en accorder la grâce [2].

Huiusmodi commendaticiis litteris docemur Bossuet ea quae de claudendo prorsus monasterio in ordinatione visitationis mandaverat [3], quotiens opus erat, sapienter mitigasse. Videtur ex eadem epistula coniciendum filiam D^ae^ *de Pons* fuisse unam e puellis in hospitium receptis de quibus in eadem ordinatione sermo fit [4]. Quantum e pluribus epistulis cognovimus, erat valde dilecta D^ae^ *de Beringhen*. Quam, quod profectae sint « *Madame de la Vieuville* (de qua supra) [5] et « *Mademoiselle de Pons* »,

1. Lachat, t. xxviii, p. 510.
2. *Ibid.*, p. 511.
3. Inferius, in Appendice ii, Ordinationis n. xiii, p. 207.
4. *Ibid.*, n. xii.
5. Ad diem xxviii Maii mdcxc, p. 63.

consolari tentat in litteris, die mensis Maii VII scriptis[1]. 1694

VI Iunii.

Ipsa Dominica Trinitatis, contio habita est in monasterio Iotrensi. Huius mentionem, at sine die, fecit *Lebarq*, quam ex litteris cognoverat die XXXI Maii ad D^am^ *d'Albert* missis :

Je ne partirai point de Jouarre sans y prêcher, s'il plaît à Dieu.

Ex epistula vero praecedenti, XXIX Maii MDCXCIV (non MDCXCIII), rectius suo loco ponenda, patet iter ad monasterium, in ipsum Trinitatis diem et sequentes, fuisse propositum. Non videtur autem Bossuet in feriam IV remansisse, prout speraverat, si tamen recte inscripta sit epistula Meldis data die VIII, qui feria II erat ; at supponendum est paulo ante factam esse visitationem :

Je crois présentement avoir répondu aux demandes de l'écrit que vous me donnâtes à Jouarre au dernier voyage.

Ceterum plura hic non plane conveniunt in codice visitationum Meldensi cum indice *Lebarq*.

In relatione enim manuscripta legimus Bossuet visitasse VI Iunii pagum *Vignely* et die XIV verba fecisse[2].

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 509. Vide litteras v Maii datas, p. 508, in quibus agitur tum iter ad monasterium Sanctae-Farae in dies solemnitatibus Pentecostes finitimos, tum baptismum de quo superius : haec in diem tertium aut quartum post festum Pentecostes sibi proponebat, simulque diem Trinitatis praeferendum esse innuebat. De die habitus religiosi assumpti ab ipsa moniali in monasterio dicto *des Clairets* ingressa, videndae sunt litterae XXVII octobris datae. Lachat, *ibid.*, p. 514. Valde timeo ne mendosa sit inscriptio : a *Madame de la Vieuville, religieuse de Faremoutiers* ; potius enim in monasterio *des Clairets* utraque morabatur. Novae enim religiosae puellae consobrina, Domina *de la Vieuville*, simul cum ea monasterium Sanctae-Farae, ut vidimus, reliquerat.

2. « 6 juin, Vignely. Il auroit fait annoncer la visite à Vignely, dont le curé venoit de mourir. Il désiroit aussi (*hic in margine habetur* : 14 juin) visiter le tombeau de saint Hildevert. Ce qu'il accomplit le *14 juin*, où il a célébré la messe et prêché. »

1694

XX Iunii.

Visitatio fit parochiae *Trilbardou* (non *Trilbardon*, ut *Lebarq* in indice posuit[1]).

XXIII Iunii.

Ad ea quae in indice leguntur : « *Mesnil-Amelot, sur l'évangile* », addere iuvat illud quod e litteris diei XXI eruitur :

Je vais demain en visite au Mesnil, d'où j'irai faire un tour à Paris pour quelques affaires[2].

XXIV Iunii.

Addendum esse ad indicem *Lebarq* existimo, prout e codice Visitationum Meldis in maiore seminario servato deducitur, contionem esse factam in pago *Mauregard*[3].

XII octobris.

Feria II, synodum habet Bossuet.

Quod e litteris pluribus deduxi quas sic enumerare licet. Scripserat enim die sextilis XVI ad D^am^ *d'Albert :*

Je ne vais point à la Trappe ce voyage. J'ai différé le synode à la fin d'octobre[4].

Die vero octobris V, post iter ad civitatem Catalau-

---

1. « Visite à Trilbardou. Instruction sur la Confirmation, qui est administrée à 300 enfants. Après les vêpres, sermon sur l'évangile courant » (quae erat dominica III^a^ post Pentecosten).

Apud *Lebarq* indicatur tantum : Sermon sur la Confirmation.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 187.

3. « Mauregard. Il monte en chaire, prêche sur l'évangile du jour et explique les vertus de saint Jean, patron de la paroisse : il fait le catéchisme lui-même en présence du curé et trouve les enfants instruits. »

4. Lachat, t. XXVIII, p. 197.

nensem factum, ad eandem litteras misit, in quibus monasteri visitationem pollicitus est : 1694-1695

Je ne puis vous assurer du jour de mon arrivée à Jouarre ; ce ne peut être déjà avant le synode.

Tandem ipsa indicta dies habetur in epistula x octobris scripta :

Je vais ce soir à Meaux (de Germigny), pour préparer lundi le synode et le tenir mardi [1].

II novembris.

Visitat monasterium Iotrense. Haec huius diei visitatio die xxvi octobris promittebatur :

J'espère vous voir le jour des morts après dîner [2].

Haud scio an ad hanc visitationem pertineat illa quaestio in consultatione a D[na] *du Mans* facta xxx Martii MDCXCV :

Vous nous avez dit dans votre exhortation que celui-là aime davantage à qui on a plus remis : je crains donc que tous mes péchés ne me soient point remis puisque je n'aime point, et que je ne gagnerai pas le jubilé puisque je me sens toute désespérée [3].

Haec tamen *exhortatio* recentior esse potest et ad iter aliunde non notum referri.

ANNO MDCXCV.

Eo sedulius requirenda sunt de hoc anno testimonia, quod paene desiderantur et paucissima, ne dicamus nulla, sunt [4].

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 203. *Ibid.*, p. 207.
2. *Ibid.*, p. 211. Cf 28 octobre, p. 359.
3. *Ibid.* p 365.
4. Lebarq, p. 354.

1695

III aprilis.

In festo Resurrectionis, Meldis, contio probabili coniectura deducitur ex litteris II aprilis ad D^am^ *d'Albert* missis :

Ne vous embarrassez point de faire des actes contraires, consentez à ceux que je fais pour vous en ce moment et que je ferai à complies, demain à matines, à la messe et aux vêpres... [1]

VI aprilis.

In iisdem litteris legimus :

Le quiétisme ne se peut définir d'un mot... Nous dirons le reste mercredi.

Hic autem dies fuit fortasse quo neptis abbatissae Iotrensis habitum religiosum sumpsit [2]. Huic vero caerimoniae, quam sine die indicavit *Lebarq*, nonne proponendum sit paschale tempus? A die octobris x anni superioris actum esse videtur negotium, prout apparet in litteris ad D^am^ *d'Albert* datis.

Mandez-moi ce que vous saurez sur la vêture de Mademoiselle de Soubise : le dessein étoit de la faire avant la Toussaint. Je ne sais si la petite vérole ou quelque autre raison n'aura pas changé cette disposition. Je ne veux pas le demander à Madame de Soubise qui continue à ne m'écrire que des compliments avec une affectation manifeste de ne me parler de rien [3].

Dilata fuit dies ultra finem anni, si deducere liceat in litteris xxx decembris datis agi revera de eadem novitia, ut e littera initiali *S.* apparet.

Développez-moi un petit mystère. Que veut dire le voyage de Mademoiselle de S.? Madame de Jouarre mande que Madame sa mère la mande pour lui faire prendre la mesure d'un corps de jupe.

---

1. Lachat, t. XXVIII, pp. 235-236.
2. *Bourdaloue* de Velamine huius virginis verba fecit. Cf infra, p. 102.
3. Lachat, *Ibid.*, p. 207.

Je le croirai si l'on veut. Mais c'est beaucoup plaindre la peine d'un tailleur ; car le tailleur est trop précieux et trop important [1]. 1695

Haec in veteribus exemplaribus omissa erant ut superflua scilicet, quae iure a *Lachat* cum manuscriptis litteris illa conferente addita sunt. Opinione autem sive matris futurae novitiae, sive forsan ipsius abbatissae, minima illa fere pertinebant ad praeparandam sacri habitus caerimoniam. Meminisse debuit ipsa novitiae amita, seipsam similia quondam quaerere. Id enim apparet in ipsa narratione qua refertur quomodo sacram vestem velumque sumpserit filia natu maior Ducis *de Soubise* [2].

Die autem IV Ianuarii, de hoc ad vestem parandam itinere facto locutus, haec scribebat Bossuet :

Mademoiselle de Soubise a passé sans que je l'aie su et quand j'ai voulu l'aller voir, elle étoit partie : elle ne m'a fait aucune honnêteté. J'entends bien tout ce que cela veut dire, et ne m'en émeus point du tout [3].

Attamen quaeri potest an haec praesumpta nimium sint, de eademque scriptum sit XXIX Martii, in epistula ad quam iure advocavit *Lebarq* :

Madame l'abbesse ne m'assure point du jour de la prise d'habit : je ne manquerai pas, s'il plaît à Dieu, et ce me sera une joie qu'une âme si pure et si bien appelée soit la première que je lui offre dans la sainte solitude de Jouarre, où je souhaite de voir régner le silence intérieur et extérieur [4].

1. Lachat, p. 223.

2. « En vous parlant de la vesture de Mademoiselle de Soubise, il ne m'est pas souvenu de vous dire qu'avant la cérémonie elle parut, vestue d'un Habit magnifique, accompagné d'une grande mante d'argent, dont Mademoiselle de Frontenay sa sœur portoit la queuë. C'est la parure dont les Personnes de son rang ont accoutumé de se servir dans de semblables Cérémonies. » *Mercure galant*, novembre 1679, p. 352.

3. Lachat, t. XXVIII, p. 227.

4. *Ibid.*, p. 235.

1695

De XI ad XV aprilis.

Contionem de Annuntiatione (festo post Pascha transmisso) in domo Visitationis habuit.

In opere cui titulus *Madame Guyon, sa vie, sa doctrine et son influence* [1], legitur Bossuet die festo Annuntiationis venisse in domum Visitationis, prout videtur e *Vita* ipsius Dominae *Guyon* [2] decerpsisse *D. Guerrier*. Ibidem etiam dicitur festum Annuntiationis esse hoc anno post Pascha transmissum, et de sequenti ingressu in monasterium qui fuit die xv legitur : *Quelques jours après il revint*. Quae quomodo habita fuerint certo scire non potui, ideoque potius ad interrogandum quam ad adfirmandum hoc in indice propono. Certum est e litteris Bossuet adfuisse Meldis die xxiv Martii ita ut, vel si festum suo die fuerit celebratum, in domo Visitationis contionari potuerit [3].

Die autem xi aprilis Meldis residebat, ut ex epistula eo die data ad D^am^ *Cornuau* videmus [4].

XXII Maii, die festo Pentecostes.

Eo ipso die scribebat Bossuet ad D^am^ *d'Albert* :

> De tous les fruits du Saint-Esprit, celui qui m'a le plus touché à cette fête, que je vous donne et que je tâche de prendre pour moi, c'est la paix, avec cette parole de Jésus-Christ : Je vous laisse la paix, je vous donne la paix.

Facile conici potest his verbis quasi designari contionem quam recte putandus est Bossuet in sua cathedrali ecclesia hoc festo die dixisse.

Circa idem tempus ponere licet orationem in relatione Visitationis iam laudata, ex notationibus *Floquet*, breviter

1. Orléans, 1881, in-8, p. 270, par M. Guerrier.
2. III Part., cap. XVIII.
3. Lachat, t. XXVII, p. 565 et t. XXVIII, p. 517.
4. *Ibid.*, t. XXVII, p. 569.

indicatam[1], die quo sacrum velamen accepit Maria-Angelica *Guillemeau* in domo Meldensi Visitationis B. V. M. 1695

Circa diem XXX Maii (?)

Ex libro cui titulus est : *Histoire de l'Eglise de Meaux*[2], eruitur donum factum esse a Bossuet *Filiabus a Caritate* dictis. »

Sabbato, die XI Iunii.

Bossuet monasterium Sanctae-Farae adivit.

Varia itinera quae deprehendi, tacente *Lebarq,* e diversis litteris, ad aliqua, licet pauca et minima, de Bossuet contionibus conferunt, quae colligere fas est.

Postquam Meldis remansit duabus, ineunte Iunio, hebdomadibus, et proinde ut solebat, in festo Corporis Christi et eiusdem octava, verba fecit, ad monasterium Sanctae-Farae, quo se iturum pollicitus erat circa dies Pentecostes, perrexit sabbato, Iunii die XI.

Je vais demain à Faremoutiers et aux environs, d'où je reviendrai quand j'aurai fait et n'en puis dire davantage[3].

Scripserat autem, die XV Maii, ad abbatissam Sanctae-Farae :

J'espère toujours avoir l'honneur de vous voir la semaine de la Pentecôte.

Hic vero festus dies erat, ut vidimus, XX Maii[4].

---

1. « En 1695, il donna le voile de novice à la sœur Marguerite-Angélique Guillemeau, les festes de la Pentecôte, et luy prescha »

2. « Madame Louise de Vernon, veuve de Mathieu Payen, secrétaire du Roi, fonda, le 30 mai 1695, deux places pour des Sœurs de Charité, que l'on logea rue Tirechape, sur un fond que M. Bossuet, Evêque de Meaux, leur donna en pur don. » Dom Toussaint du Plessis, t. I, lib. III, p. 469, n. CX.

3. Lachat, t. XXVIII, p. 245.

4. *Ibid.*, p. 519. Idem habetur in litteris die XIII Maii datis. V. p. 520, in epistula XXIV Maii scripta, cur dilata fuerit visitatio.

1695 **XVI Iunii.**

Civitatem *Crécy* visitavit, ut ex litteris XVII Iunii ad D^am^ *d'Albert*[1] missis eruitur :

J'arrivai hier de Crécy... j'ai été à Coulommiers... Je m'en vais à Meaux à la Conférence et demain je retournerai en visite à l'une des extrémités du diocèse.

II Iulii.

Die festo Visitationis, Bossuet in monasterio huius nominis, Meldis concionatus est, prout legimus in *Vita* D^ae^ *Guyon*[2] :

Nemini mirum sit me tam dubiae auctoritatis testimonium adferre : neque enim mentem neque sensum huiusce suspecti operis cui nomen *autobiographie*, probare in animo est, nec multo magis insimulationes in Bossuet quamplurimum ineptas curare. Unum hic requirere conatus sum, tempus scilicet et aliquomodo argumentum orationis a Bossuet factae ; haec sane vel e pessimo fonte exhaurienda esse duxi.

In sua autem relatione D^na^ *Guyon* dicit hanc Bossuet contionem se audivisse paucis antequam discederet diebus. Porro monasterium reliquit sabbato sequenti qui dies IX Iulii erat. Haec autem non discrepant a notationibus manuscriptis *Floquet* de Visitatione quas iam exscripsi[3].

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 245.

2. « Il nous prêcha, le jour de la Visitation de la Vierge, qui est une des principales fêtes de ce monastère ; il y dit la messe et souhaita que j'y communiasse de sa main. Il fit, au milieu de la Messe, un sermon étonnant sur l'intérieur (la vie spirituelle.) Il avança des choses beaucoup plus fortes que celles que j'avais avancées (!) Il dit qu'il n'étoit pas maître de lui, au milieu de ces redoutables mystères ; qu'il étoit obligé de dire la vérité et de ne la point dissimuler ; qu'il falloit que cet aveu de la vérité fût bien nécessaire, puisque Dieu le lui faisoit faire comme malgré lui. » Haec in opere iam allato D^ni^ *Guerrier* inveniuntur, p. 274 (Autobiographie, p. III, ch. XXIX.)

3. « En 1695, au commencement de Janvier, il (Bossuet) nous amena Mad. Guion, par ordre de la Cour, et nous la laissa six mois. »

X Iulii. 1695

Fénelon in sacello domus dictae *Saint-Cyr* consecrationem episcopalem manu Bossuet collatam suscipit. Mendum hac de re fuit sublatum in opere *Bausset : Histoire de Fénelon*, qui posuerat x Iunii. Adferunt enim iure litteras a *Fénelon* scriptas IV Iulii quibus ad nomen addidit : *nommé archev. de Cambrai*[1].

Ineunte mense septembri.

Synodum habuit Bossuet, ut patet ex litteris XXII sextilis Parisiis scriptis.

J'irai tenir le synode et vous voir bientôt après, s'il plaît à Dieu.

II octobris.

E codice Meldensi visitationum contio habetur in civitate *Nanteuil*[2].

III octobris.

Confirmationem ibidem confert Bossuet, prout cum codice Meldensi[3] consonant litterae XXX septembris datae :

Je vais dimanche en visite à Nanteuil-le-Haudoin jusqu'à mardi[4].

XVII octobris.

Contio forsan habetur in monasterio Iotrensi, prout in epistula XXX septembris ad D^am^ *d'Albert* data legitur :

---

1. Ed. A. Martin, t III, p. 578. Cf. *Gallia christiana*, t. III, p. 1658.

2. «Nanteuil-le-Haudoin. A Nanteuil, célébration de la Messe de paroisse, prédication.» (Erat autem dies Dominica, in festo sancti Rosari).

3. « Le Lundi suivant, encore à la paroisse, et Confirmation de 500 ou 600 enfants. Le soir, conférence. C'est le curé du Plessis-Belleville qui en fait l'exposition. »

4. Lachat, t. XXVIII, p. 267.

1695-1696 Le religieux prémontré dont vous me parlez ne m'a point rendu de lettres de vous [1]... J'en ai reçu une du même sens que celle dont vous me faites l'exposé, et j'y consens de bon cœur, n'ayant rien qui me presse plus que d'annoncer à Jouarre la sainte parole [2].

Haec porro sacri verbi forsan facta est « praedicatio » die XVII octobris, prout concludere licet e litteris XVIII scriptis ad D^am^ *de Luynes* :

Pardonnez-moi mon brusque départ d'hier : je voyois le temps s'avancer et je ne voulois pas me mettre comme la dernière fois dans la nuit où je courus risque de verser [3].

XV novembris.

Contio de *Velamine* Monialis Parisiis habetur, ut novimus ex epistula ad D^am^ *Cornuau* XV novembris data :

Je n'ai pas le loisir de vous rien dire de plus. On m'attend pour une vêture.

Quae quidem sententia, si recte dies inscriptus sit, tempus indicat quo moniali cuidam, incerti nominis, sacrum velum imposuit Bossuet statim atque hanc epistulam confecit.

XXV decembris.

Die Nativitatis Domini. Cf. Litteras die XVI et XX, scriptas ad D^am^ *d'Albert*, ad D^am^ *Cornuau*, Meldis, die XXVI [4].

ANNO MDCXCVI

I februarii.

Rollin rector Universitatis Parisiensis, principalis collegi Bellovacensis, eloquentiae professor in collegio regio,

1. Videtur hac epistula eam invitasse Bossuet ad contionandum in monasterio.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 257.

3. *Ibid.*, p. 379.

4. *Ibid.* t. XXVIII, pp. 264 et 265, et t. XXVII, p. 598.

episcopo Meldensi gratulatur, in annua « receptione » 1696
solemniter facta, qua legati Universitatis cereum offerebant Conservatori privilegiorum suorum. Cui more solito Latine pariter respondet Bossuet.

Haec facile concludenda sunt e Commentariis *Ledieu*, I februarii [1].

Munera Sorbonici provisoris et superioris Navarrici collegi circa finem anni praecedentis acceperat, prout videre licet in litteris die XXII sextilis MDCXCV datis ad D^am^ *d'Albert*, quae videtur in sua epistula timuisse ne his honoribus Bossuet procul a Meldensi dioecesi detineretur :

La supériorité de Navarre vaut autant que la provisorerie de Sorbonne ; c'est-à-dire rien du tout qu'un titre d'honneur, et un soin de ces deux maisons qui ne m'attache en aucune sorte à Paris [2].

V februarii die, Dominica V post Epiphaniam.

In domicilio *Saint-Cyr*, coram D^na^ *de Maintenon* verba facit Bossuet ad Dominas, *in falsam de salute aeterna indifferentiam* a Quietistis commendatam [3].

1. « Le 1er février 1700, Mr de Meaux étant à Paris, a reçu les compliments et le cierge de l'Université, comme conservateur de ses privilèges... Les années précédentes, les compliments furent faits alors par Mr. Rollin, principal, etc.» Cf. 1er *febr. 1701*, ubi legimus : « Il a répondu aux deux orateurs (de Navarre et de l'Université), *à son ordinaire*, en latin, comme ils lui avoient parlé. » Ledieu, *Journal*, t. I, p. 15.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 255.

3. « Au commencement de l'année 1696, Madame de Maintenon voulant seconder le zèle de M. de Chartres, chercha les moyens les plus efficaces pour déraciner entièrement le Quiétisme répandu dans la maison de S. Cyr... Elle engagea M. de Meaux à leur faire des conférences où elle voulut assister. Dans la première qui se fit le 5 Février, il combattit le dogme affreux de l'indifférence pour le salut éternel. Après la conférence chaque Dame de S. Cyr eut la liberté de proposer ses doutes, & le Prélat y répondit avec cette clarté & cette solidité qui lui étoit si naturelle. La Maisonfort fut ébranlée par le discours du Prélat, & par les instructions qu'il lui donna dans une entrevûe particulière. Elle ne put s'empêcher d'en donner avis à son cher Directeur (Fénelon) qui lui fit la réponse suivante le 8 Février. « Je ne suis pas surpris, Madame, que vous aiez trouvé la conférence de M. de Meaux, très bonne, & sa conversation

1696 **X februarii.**

Haec scribebat Bossuet ad D[am] *Cornuau :*

Vous pouvez, ma fille, faire voir aux personnes dont vous me parlez les écrits qu'elles demandent, mais non les leur laisser en sorte qu'elles en puissent faire des copies, jusqu'à ce que j'aie vu ce que c'est, car je n'en ai nulle mémoire, surtout de l'*écrit de la prédestination* [1].

Haec verba quae significant ea de quibus agitur, non esse a D[na] *Cornuau*, sed a Bossuet scripta et cum ea fortasse longum ante tempus communicata, ad *Operum* Bossuet historiam potius quam ad pastorale munus pertinent. Attamen caritatem pastoris ostendunt, vel difficilia aggressi ut animis iuvandis incumbat. Referri posse mihi videntur ad epistulam eidem III februarii MDCLXXXVIII scriptam, in qua unice agitur de mysterio praedestinationis [2]. Quam cum certo servavisset D[na] *Cornuau*, licentiam a Bossuet petebat in litteris, quibus respondent verba hic relata, communicandi cum aliqua ex amicis. Hoc vero prudenter abnuit episcopus, nisi ea lege ut transcribi non possit, donec ea quae iam in mente non habet denuo viserit.

VII Martii, die Cinerum.

Bossuet verba denuo facit in domo regia *(Saint-Cyr)* de « *passiva oratione* [3]. »

---

encore meilleure. Il y a longtemps que tout le monde est sur le pied de penser de même.... » (*Relation de l'origine, du progrès et de la condamnation du quiétisme répandu en France, avec plusieurs anecdotes curieuses* (par Phelipeaux), s. l., M.DCC.XXXII, livre second, pp 161-162). » Cf. Bausset, *Histoire de Fénelon*, éd. 1850, t. I, p. 449. Guerrier, *Mme Guyon*, p. 297. La Bruyère, éd. Grands écrivains, t. II, p. 530.

1. Lachat, t. XXVIII, p. 603.

2. *Ibid.*, p. 453.

3. « M. de Meaux fit une seconde conférence le 7 Mars, et il expliqua en quoi consistoit l'oraison passive... » Phelipeaux, l. c. supra ad V. februarii.

VII aprilis. 1696

E prolixa relatione, a *Ledieu* scripta, visitationis ad civitatem *Rebais*, multa transcribenda sint. Haec autem quia integra in posterum tradentur, ea tantum subiciam quae *pastorem* nobis praebent[1].

VIII aprilis.

Plebem alloquitur in urbe *Rebais* de confirmatione[2].

IX aprilis.

Confirmationis sacramentum ibidem confert Bossuet CD circiter pueris, in paroecia Sancti-Nicolai[3].

---

1. « Visite dans les paroisses de Rebais, après avoir obtenu un arrêt definitif de la grande chambre du parlement, du 9 janvier même année qui maintient l'évêque et ses successeurs dans la juridiction sur les cinq paroisses qui dépendoient ci-devant de l'exemption de la ville de Rebais... C'est pourquoi mon dit seigneur auroit envoyé son mandement pour indiquer la présente visite au samedi 7 d'avril... Ledit jour vendredi mon dit seigneur seroit parti de Meaux... et seroit ainsi allé à Jouarre. Où étant le samedi matin seroit entré au dedans de l'Abbaye... pour y visiter les religieuses infirmes et principalement la mère de la Croix, grande prieure, gisante au lit, malade, qui auroit souhaité de parler à mon dit seigneur, après que celui-ci auroit dit la messe à l'autel de l'infirmerie pour la consolation des dites religieuses. Puis seroit parti de Jouarre à deux heures de relevée... seroit arrivé à Rebais... sur les cinq heures du soir... en l'église de saint Jean... Monseigneur seroit monté en chaire et auroit expliqué les raisons de la visite, et réglé les exercices pour les jours suivants. » E codice Meldensi.

2. « Le dimanche, 8 avril (en la même église, devant les autres paroisses venues en procession), il auroit célébré la messe, communié environ 300 personnes, puis il auroit prêché sur la confirmation, et, attendu la petitesse de l'église, il auroit fait conduire les enfants dans la grande cour du château, et là il les auroit confirmés au nombre de six cents au moins. A quatre heures, après les vêpres dites à Saint-Jean, il auroit prêché sur l'évangile du dimanche de la Passion... » — De itinere ad *Rebais* per *Jouarre* testimonium habemus in litteris ad D^am *de Beringhen* (Lachat, t. XXVIII, p. 524), quarum diei inscriptio emendanda est. Legatur oportet VI non XVI aprilis scripta, prout ex relatione Meldensi superius citata patet.

3. « 9 avril, à neuf heures, il seroit allé à l'église de Saint-Nicolas, où, ayant dit la messe, il seroit monté en chaire et auroit expliqué l'évangile,

1696 In eadem relatione multa habentur de « conflictu, ut aiunt, iurisdictionis. » Hinc testimonium manu Bossuet obsignatum legitur quod ad rem nostram non spectat. Ceterum referri potest epistula die XIV aprilis missa ad D^am^ *d'Albert*, in qua haec breviter commemorantur :

Vous pouvez dire et il est vrai, que j'ai été reçu à Rebais de tout le clergé et de tout le peuple, comme Jésus-Christ même. Les religieux, après avoir un peu chicané sur la manière de me recevoir, ont obéi à mes ordres et m'ont reçu en corps à l'entrée, avec la croix, l'encens et l'eau bénite.... Ma santé dont vous voulez que je vous informe est fort bonne, quoique j'aie communié de ma main presque tout le peuple, et confirmé mille à onze cents personnes. J'ai prêché cinq ou six fois en deux jours, ce qui n'a pas empêché que je ne prêchasse hier et que je ne prêche dimanche et le jour de Pâques [1].

De exemptione editum erat decretum pontificium in quo aiebant episcopi iura non probari : sed *bullas* fraude tantum esse datas, minimeque valere Bossuet dicebat :

Cette bulle, est une chose manifestement surprise [2].

XIII aprilis.

Contio habetur forsan in festo Septem Dolorum B.V.M., Meldis. Exstat epistula inter litteras D^ae^ *Cornuau* eo die scripta [3] in civitate episcopali.

XV aprilis, Dominica Palmarum et XXII aprilis, Dominica Resurrectionis.

Duas illas contiones sibi saltem proposuerat Bossuet,

---

puis le sacrement de confirmation qu'il auroit administré à environ 400 enfants de diverses paroisses.

» Le soir, il auroit entendu, dans l'église de Saint-Jean, le sermon de M. Treuvé sur l'évangile courant, en présence d'un grand peuple, auquel, après l'*Ave Maria*, auroit été fait la lecture et publication de l'Ordonnance pour ladite paroisse de Saint-Jean... » Cod. Meld. *Ibid.*

1. Lachat, t. XXVIII, p. 277.

2. *Ibid.*, p. 273, XXXI Ianuarii ; cf, XVIII februarii, p. 275, et in primis, p. 523, XIX Martii, ad D^am^ *de Beringhen*.

3. *Ibid.*, t. XXVII, p. 606.

ut patet ex litteris die XIV scriptis quas indicavi, quibusque 1696
docemur Bossuet die XIII contionatum esse.

XXIII aprilis.

E testimoniis de visitationibus Meldis servatis, contio habetur de evangelio diei [1].

Haec missio, de qua sermo hic habetur, a die XIX Martii ad tempus paschale dilata fuerat, ut legimus in epistula ad abbatissam Sanctae-Farae :

Je me rends, Madame, à toutes les raisons que M. le curé me mande, et que vous approuvez, de remettre le jubilé à la quinzaine de Pâques à Faremoutiers et dans les lieux du voisinage qui sont à portée de profiter de la mission [2]...

Itineris autem in feriam II post Pascha propositum habetur in epistula cuius iam diem aprilis VI (non XVI) legendum esse ostendi :

Je vous dis adieu, Madame en partant pour Rebais, d'où j'espère être de retour mardi. J'arrêterai aujourd'hui à Jouarre : j'attends pour vous le lundi de Pâques [3].

XXV aprilis.

Extremam unctionem cuidam conversae moniali confert Bossuet [4].

XXIX aprilis.

Contio in paroecia *Crouy* habetur die Dominica [5].

---

1. « Lundi de Pâques, Faremoutiers. A l'église de Saint-Sulpice de Faremoutiers, procession générale du Saint-Sacrement, pour clore la mission. Il a ensuite expliqué l'évangile courant, en exhortant les fidèles à la persévérance. »

2. Lachat, t. XXVIII, p. 605.

3. *Ibid.*, p. 606. Cf. supra, p. 99, n. 2.

4. « Le mercredi 25, la sœur Lebègue, dite de Sainte-Barbe, converse du couvent, étant malade à l'extrémité, l'évêque lui a donné le Saint-Viatique, suivant qu'elle l'avoit désiré. » (Visites de Jouarre).

5. « Le dimanche 29, sermon à la paroisse. Confirmation de diverses paroisses. Après les vêpres, sermon. »

1696 Absunt haec ab indice *Lebarq*, qui posuit eodem die : *Conférence et prédication à Faremoutiers.* Cum agatur de *Crouy-sur-Ourcq*, neque adeo vicina sint loca ut utramque factam esse orationem credendum sit, exspectanda sunt alia testimonia quibus fides adhiberi possit. Iam dixi codicem Meldensem, cum recens transcriptus sit, forte non ita valere ut veteribus codicibus praestet. Timendum est enim prout totiens dixi, ne breviora faciendo ea quae desumpserat ex exemplari quod exscribebat, scriba incertus huius codicis aliqua mutaverit. Attamen, non est, ut opinor, despiciendus codex antiquioribus fretus testimoniis.

Desinit autem hoc tempore descriptio Meldensis de episcopalibus visitationibus [1].

I Maii.

Non xxx aprilis, ut habet *Lebarq* [2], vota Mariae-Annae *de Soubise* Bossuet accipit, ad cuius veli sacri solemnitatem adstiterat vi aprilis MDCXCV. Pridie autem, xxx scilicet aprilis, ad interrogationes requisitas (*l'examen canonique*) in monasterium venerat, quod forsan causa fuit cur de die erraverit *Lebarq*. Ut in caerimonia habitus sacri, sic ad professionem *Bourdaloue* contionatus est, ut vidi ex annotationibus a D^no^ *Levesque* mecum communicatis [3].

VI Maii.

In indice *Lebarq* legitur : *Le 6 mai à Lisy, sermon et confirmation.* Quod, deficiente iam exemplari Meldensi

---

1. Post paginam XXXVIII et ultimam ex qua haec transcripsi, adsunt tantum duo folia vacua quibus codex absolvitur.

2. In indice, p 354.

3. Supra, p. 90. Cf. disputationis meae : *Bourdaloue, Histoire critique de sa prédication*, P. II, in hunc diem.

visitationum, corroborari complerique valeat ex archivis [1]. 1696

XI Iunii. Feria II post Pentecosten.

Votorum professionem accipit Meldis. Etsi iter ad *Rebais* aggressus, in monasterio Iotrensi paulisper sistere primo voluerat Bossuet, sententiam tamen mutare coactus est. Id enim ex litteris novimus ad D^nam^ *d'Albert* XIV Maii datis :

Je pourrai passer à Jouarre allant à Rebais le lundi de la Pentecôte, mais comme un éclair [2].

Quod cum fieri non potuerit, addidit die VII ad eandem :

Je suis fâché d'avoir à vous dire qu'apparemment je ne pourrai pas arrêter à Jouarre lundi, à cause que le matin je fais une profession et qu'il faudra arriver le soir à Rebais [3].

XIV Iunii.

Post visitationes factas contionesque in pagis *Bannost* et *Saint-Remy-la-Vanne*, in indice *Lebarq* positas, quaeri decet an potuerit Bossuet, dum rediit ad ordinationem die XVI habendam, invisere D^am^ *d'Albert*, sicut litterae superius

1. Habetur enim in *Sommaire des Archives de Seine-et-Marne* :
« Ordonnance signée J. Bénigne, évêque de Meaux, rendue pendant une visite pastorale faite à Lizy, où après avoir assemblé les dames de la paroisse, il les a exhortées à renouveler les assemblées de la Charité et de leur consentement a nommé pour officières à sçavoir : pour supérieure Madame la marquise de la Trousse, si elle l'a pour agréable.... Les assemblées seront rétablies à l'ordinaire et recommenceront dimanche prochain (13 mai 1696) au presbytère où sera fait lecture des anciens règlements et sera « pourvu ? » aux questes des mois suivans et autres choses nécessaires. » Haec ordinatio manu *Ledieu* scripta est. — *Inventaire sommaire des Archives*, t. II, p. 86. III E. 1, supplement à la série H.
Eodem die, ibidem habetur : « Etablissement et règlement d'administration de l'hôpital ou hôtel-Dieu de Lizy-sur-Ourcq, par Mgr J. Bénigne Bossuet, évêque de Meaux, qui a aussi fait procéder en sa présence à l'élection des administrateurs « pour quoy parvenir assemblée auroit été convoquée... » (*Ibid.*, p. 82 ; cf. série H., p. 120, H. 771.)

2. Lachat, t. XXVIII, p. 278.

3. Ex litteris VII Iunii MDCXCVI datis ; *Ibid.*, p. 280.

1696 excerptae ab eo propositum esse ostendunt, in quibus legitur :

J'échapperai au retour pour vous aller voir, quoique je doive aller à Banost et que l'ordination pressera [1].

XVI Iunii.

Ordinationem confert vigilia Trinitatis, prout ex litteris superius lectis apparet.

XXI Iunii.

In festo Corporis Christi. Quod si solis litteris confidam, ex coniectura saltem contionem huiusce solemnitatis Meldis esse habitam arbitror. Die quippe xx mittebat ad Dam *d'Albert :*

C'est tout ce que la solennité me laisse le temps d'écrire [2].

At animadvertendum *Lebarq* in indice, tum die xx, tum xxi, aliqua ponere quae cum litteris Meldis scriptis non omnino constant.

XV sextilis.

Occasione solemnis supplicationis et festi in quo gratiae agebantur de pace cum Sabaudia facta, Bossuet dissidia pacavit inter urbis principes orta.

Ex litteris eius, quaedam mense Iunio scriptae habentur ad conciliandos dissidentium animos, in quibus documentum agitur in diem xiv sextilis exarandum. Legatur ergo haec epistula in operibus Bossuet posita, et quidem iure, quippe quae unum e muneribus pastoris propriis eum implevisse testetur :

---

1. In epistula vii Iunii data, Lachat, *ibid.* p. 280.
2. *Ibid.*, p. 386.

A M. Payen, lieutenant général, président du présidial de Meaux. 1696
M. de Thémines vient de mander, Monsieur, qu'il acceptoit la proposition... L'intention du roi est que tous les corps honorent la sainte Vierge, protectrice de son royaume, qui vient de lui obtenir de si grandes grâces... Je serai mardi de bonne heure à Meaux et en état, s'il plaît à Dieu, de tout terminer d'un plein consentement [1].

Haec sane scripta esse credendum est ante diem mensis XIV, in quem se rediturum Meldas pollicebatur Bossuet. Eo die revera pactum est testimonium, cuius authenticum documentum exstat in ultima ex appendicibus huic disputationi additis exscriptum [2].

Agebantur, ni fallor, gratiae de pace cum duce Sabaudiae conclusa XXX Maii, qua hostes in unum coacti (*Ligue d'Augsbourg*) dissolvi incipiebant. Etsi huiusce pacis mense tantum septembri solemnis promulgatio facta est, videtur eandem respexisse supplicatio facta die sextilis XV. Legimus demum in litteris XXVIII missis a Bossuet ad nepotem suum Romae degentem :

Il y a eu à Meaux quelque altercation entre le chapitre et les compagnies pour les places du chœur... J'ai fait convenir les compagnies pour leur marche à la procession de l'Assomption. Je crois qu'il ne sera pas malaisé de faire convenir encore le chapitre et les compagnies, mais ce sera pour mon retour [3].

Videbimus infra, tum XXI septembris eiusdem anni, tum X Maii MDCC, tum XXVI iunii MDCCII, eisdem fere dissentionibus pacandis pastorem vigilanter insudasse [4].

Initio mensis septembris (Circa IV aut VIII diem).

Synodus saltem ex coniectura est indicanda. In litteris

---

1. Lachat, t. XXVI, p. 511.
2. V. *Inventaire sommaire des archives de Seine-et-Marne*, t. IV, p. 201. *II*e *suppl. à la série E*, p. 195, *Inventaire des titres, papiers, monuments d'honneur et d'antiquité de la ville de Meaux : Procès-verbaux et concordats en forme de règlements sur le débat de rangs et de préséances*.
3. Lachat, t. XXIX, p. 16.
4. Cf. infra, pp. 108, 116 et 120.

1696 enim XXVIII sextilis iam allatis ad nepotem scribebat Bossuet :

Vous aurez encore une fois de mes nouvelles d'ici (*Versailles*); après il faudra aller au synode [1].

Cum autem exstent litterae ad eundem die III septembris Parisiis missae, et aliae ad D[um] *de la Broue*, die IV, ante epistulam Meldis scriptam VIII septembris, conicio synodum inter IV et VIII huiusce mensis diem esse habitam.

XXI septembris.

Missam solemnem in anniversario die suae consecrationis episcopalis cantat Bossuet, quam post mortem suam in « modum obitus », ut aiunt, celebrandam nuper instituerat [2].

Legatur de hac re *Ledieu* in Commentariis [3].

De illa prima omnium solemnitate ipsum Bossuet testimonium adest in litteris Parisiis ad nepotem datis, die XVII septembris :

Je m'en retourne jeudi (20 sept.) ; et vendredi je célébrerai, en attendant mon obit, l'anniversaire de mon sacre [4].

---

1. Lachat, t. XXIX, p. 18.

2. De annis qui in Commentariis habentur, praeter istum, vide, *ibid.* p. 146 : anno MDCC Bossuet propter consessum Cleri gallicani istius solemnitatis particeps non est ; anno MDCCI, p. 210, Meldis adest Missae ; p. 308, dum Parisiis est ; Ledieu nihil habet de anno MDCCII : die tandem XXI septembris MDCCIII, Parisiis dum aegrotat, assistit huic missae in suo privato sacello.

3. « A la mort de feu M. de Harlay, archevêque de Paris, arrivée subitement le 6 d'août 1695, M. de Meaux fut tellement touché... qu'il nous dit incontinent sa résolution de faire incessamment une fondation sans attendre à l'extrémité... Le contrat de fondation en fut passé... le 5 janvier 1696, aux conditions de chanter une messe solennelle de l'anniversaire de son sacre, célébré le jour de la fête de saint Mathieu, toutes les années de sa vie et après sa mort un obit solennel... Pour exécuter ce pieux dessein, le 21 septembre 1696, fête de saint Mathieu, il célébra lui-même le premier la messe pontificale... et M. Treuvé, théologal, fit la prédication sur cette cérémonie : depuis ce temps la même messe se continue d'année en année. » *Journal,* t. I, p. 7 et Urbain, notes critiques, p. 22.

4. Lachat, t. XXIX, p. 29.

Et ad eundem, die xxiv, addit : 1696

Je célébrai solennellement mes obsèques le 21, jour de saint Mathieu, avec grand concours. M. le théologal fit un beau sermon [1].

Hanc contionem a *Treuvé* dictam habemus, ex qua aliquid quod ad materiam nostram pertineat exscribere fas est. Postquam enim laudem episcopi tanto animo dioecesanos docentis ubique terrarum iure commendari asseruit, questus est *Treuvé* hanc pastoralem curam non tanti quanti valeret a Meldensibus haberi. Eius autem verba, quae sane documento esse valeant, referri decet :

Grâces à Dieu, vous ne pouvez pas dire que vos pasteurs manquent à vous annoncer l'Evangile. Monseigneur qui en est, sous Jésus-Christ, le prince, en est aussi le modèle ; il prêche très souvent, il est toujours prêt à rompre et à distribuer ce pain céleste, il le fait et par écrit et de vive voix, il parle de l'abondance du cœur.... Il se rabaisse par l'humilité de son cœur : nul ne peut atteindre à l'éminence de son savoir et tout le monde a libre accès auprès de lui, tant il a l'humeur douce et facile... Tranquille dans ses répréhensions, il sait l'art d'instruire en donnant des louanges ; on sent dans celles-là la charité d'un père, on admire dans celles-ci la gravité d'un pasteur et d'un maître... Ses exhortations sont si vives et si puissantes, qu'il faut être aussi durs que nous sommes pour y résister... Est-il un endroit dans le monde chrétien... où la vérité ne triomphe par les armes de lumière qu'il lui fournit ? Oui, messieurs, j'en sais un où la vérité dans ses mains et dans sa bouche ne triomphe pas.

Le dirai-je, et le croirez-vous, siècles futurs, c'est ici, c'est sous ses yeux, c'est dans sa propre ville que ses instructions ne sont pas écoutées ni suivies avec la même avidité ni le même empressement .. il vient à peine au sermon la sixième partie de ceux qui pourroient y être, on aime mieux jouer, danser, causer sur sa porte, dire des nouvelles, perdre le temps que d'aller entendre ce que Jésus-Christ nous fait dire par ceux qui prêchent.... Je l'entends qui nous dit par la bouche de saint Augustin, dont il est le disciple et l'imitateur : Qu'est-ce que je veux, qu'est-ce que je souhaite, qu'est-ce que je prétends ? Pourquoi est-ce que je vous parle, pourquoi suis-je assis dans cette chaire, pourquoi est-ce que je vis, sinon pour faire en sorte que nous vivions

1. *Ibid.*, p. 31.

1696-1697 tous en Jésus-Christ ? Voilà le but de tous mes désirs. . . . et le seul bien que je demande pour fruit de mes travaux. Si vous ne m'écoutez pas, je délivre mon âme en vous avertissant, mais je ne puis me résoudre à être sauvé sans vous. Vous me donnez des louanges et j'attends des actions ; ne me contristez donc plus par vos méchantes mœurs, puisque je ne puis avoir autre joie sur la terre que celle de votre bonne vie. C'est, mon Dieu, ce que nous vous demandons tous, et c'est ce que ce grand évêque nous va souhaiter en nous bénissant en votre nom. Ainsi soit-il.

XXIII septembris.

Solemniter Meldis cantatur *Te Deum* de pace cum Sabaudia et de matrimonio ducis Burgundiae, ut patet ex litteris die xxiv datis :

Nous chantâmes hier le *Te Deum* pour la paix de Savoie. Il y a eu à Meaux des difficultés infinies pour les places et pour les rangs. J'ai tout réglé [1].

ANNO MDCXCVII

Hoc anno accurate requirenda sunt documenta quae, teste *Lebarq*, rarissima esse constat. Tantummodo enim ad diem xvi Maii, qui erat festum Ascensionis, contionem de habitu sacro D^ae^ *Cornuau*, in prioratu *Torcy*, solemniter collato indicavit, et, addidit sine die aliam contionem quae cognoscitur ex litteris D^ae^ *du Mans* scribentis :

La parole de Dieu dont on se sent touché comme dans votre sermon d'hier [2].

Quae quidem interrogatio ad i diem Ianuarii referri possit, ni dubitandum omnino sit i die huius anni Bossuet in monasterio adfuisse, aut litteris pridie sibi propria manu commissis statim dedisse responsum.

1. Lachat, t. xxix, p. 31 Cf supra, p. 105.
2. *Ibid.*, t. xxviii, p. 394, ad quaesitum xiv, in litteris ii Ianuarii mdcxcviii.

Ultimis igitur anni MDCXCVII diebus tribui posse censeo 1697
contionem, ex qua D^na *du Mans* se commotam esse dicebat in interrogationibus ad episcopum scriptis.

I februarii.

Bossuet respondet Latine contioni, nomine Universitatis sibi factae [1].

VI Iunii.

Contio, in festo Corporis Christi, forsan facta est Meldis, quo se venturum esse nuntiabat Bossuet, in litteris ad nepotem suum inferius ponendis [2].

IX Iunii, die Dominica.

Sacrum religionis habitum confert Bossuet Annae Mariae Magdalenae Generosae Constantiae *de Beringhen*, cuius abbatissa Sanctae-Farae amita erat. Haec enim ex epistulis iam dictis eruuntur :

Je pars mercredi pour Meaux dès le matin : je ne tarderai pas à revenir et je ne crois pas y passer l'octave. Dimanche je donnerai l'habit à la fille aînée de M. le Premier à Faremoutiers [3]....

J'ai reçu à Meaux votre lettre du 21 avril : j'y étois allé pour la fête, d'où je suis venu à Faremoutiers pour y donner l'habit à la fille aînée de M. le Premier. Cela fut fait hier, et je vins coucher ici [4] pour me rendre ce soir à Paris...

Quanquam nihil in codicibus Sanctae-Farae invenitur de illa " *investitura* ", dum ea tamen legimus quae infra XV Iunii MDCXCVIII videbimus, de votis eiusdem, saltem ex reliquis Bossuet litteris aliqua referenda sunt. Diebus porro

1. « En 1697, par M. Alexis Arthus, licencié de Sorbonne, principal des grammairiens de Navarre. » Ledieu, *Journal*, t. I, p. 15.

2. Lachat, t. XXIX, p. 95, et note 3.

3 *Ibid*. p. 95.

4. « A Arminvillers, le 10 juin 1697. » *Ibid.*, p. 96. Ibi enim post caerimoniam die IX habitam degebat Bossuet.

1697-1698 XIV et XVII Ianuarii MDCXCVII Bossuet abbatissae scribebat :

Je prends part, Madame, à la sainte résolution que Mademoiselle votre nièce a prise, et je prie Dieu qu'elle continue à vous donner entière satisfaction [1]....

Je salue de tout mon cœur Madame votre sœur et Mesdemoiselles vos nièces, surtout la novice, dont j'espère que vous aurez beaucoup de satisfaction [2].

V septembris.

Synodus sacerdotum annua habetur Meldis, ut ex litteris concluditur :

Après mon synode qui sera de jeudi en huit, je retournerai à la cour : j'irai à Fontainebleau et je ne quitterai plus guère [3].

ANNO MDCXCVIII

Sabbato, I februarii.

Contionem Latine respondendo ad legatos Universitatis Parisiensis habet [4].

XI Iunii.

Professionem Annae-Mariae... *de Beringhen* in monasterio Sanctae-Farae accipit ut patet e manuscripto codice professionum habitarum in monasterio Sanctae-Farae [5]. Cf. supra IX Iunii MDCXCVII.

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 527. — Cf. p. 528.
2. Cf. die XVII. *Ibid.* p. 529.
3. Lachat, t. XXIX, p. 140. Cf. t. XXVII, p. 625 ; t. XXVIII, p. 288.
4. Ledieu, *Journal*, 1er février 1700, p. 15.
5. Bibliothèque Nationale, fr. 11569, f. 40, verso. « Ie soeur Anne Marie Madelaine Genereuse Fare Benigne de Beringhen de Ste Therese, fille de Messire Iaque de Beringhen et de dame Madelaine Fare d'Aumont dio[cèse] de Paris ay fait profession le 11e juin 1698 entre les mains de Monseigneur l'Illustrissime et Reverendissime père en Dieu Iacque Benigne Bossuet eueque de Meaux et de Madame Marie Anne Généreuse Constance Thérèse de Beringhen ma tante abbesse de ce monastère, etc... agée de 17 ans, signée soeur Anne Marie. Cf. supra, p. 109.

1698

XVI octobris.

In synodo promulgantur ordinationes quae inveniuntur in operibus Bossuet [1].

XIX octobris.

Bossuet solemnem benedictionem abbatissae Sanctae-Farae confert (et fortasse eodem die accipit vota alterius consobrinae D^ae^ *de Beringhen*).

Hanc abbatialem benedictionem, diu dilatam, in litteris Bossuet quas exscribere longum sit nec necessarium, videmus esse abbatissae paene reluctanti quasi impositam. Ab anno enim MDCLXXXV ad hoc monasterium electa, D^na^ *de Beringhen* annos amplius ac tredecim exspectavit, quod sane non fuisse adeo rarum videtur. Nam D^na^ *de Soubise* in monasterium Iotrense missa ex bullis pontificalibus die XXIII Ianuarii MDCXCVI, tertio tantum anno postquam decessit Bossuet, benedictionem canonicam, XI decembris MDCCVII, recepisse dicitur [2].

De professione autem quam circa idem tempus factam esse conicio, vide epistulam [3] ubi agitur de contionatore vocando. Hinc concludere licet orationem a Bossuet non esse factam. In codice iam allato professionum Sanctae-Farae legitur, incerto die, testimonium ad hunc annum probabili opinione referendum [4].

---

1. Lachat, t. V, pp. 490-494; *Gallia christiana,* t. VIII, col. 1658.

2. *Ibid.*, t. XXVIII, pp. 530-532 (10 juillet, 13 août et 13 sept. 1698. — Ledieu, *Journal,* t. III, 13 décembre 1707, p. 146.)

3. *Ibid.*, pp. 530 et 531.

4. Je soeur Louise Charlotte Eugénie Fare Thérèse de Beringhen de Ste Victoire, du diocèse de Paris, fille de Messire Iacques de Beringhen et de dame Madelaine Fare d'Aumont ay fait profession entre les mains de Monseigneur l'Illustrissime et Reverendissime père en Dieu Iacque Benigne Bossuet... aagée de 16 ans. (s. d.) Fr. 11569, s. c.

1699

ANNO MDCIC

I februarii.

Latine respondet allocutioni rectoris Universitatis Parisiensis [1].

XXIII Martii.

Ex testimonio manu *Ledieu* exscripto et a Bossuet obsignato, exsecutio cuiusdam *Brevis* ad protestantes in *Coulommiers* reconciliandos, mandata est ab episcopo. Quod testimonium exstat, Parisiis, apud clarissimum virum D. *La Caille*.

VIII octobris.

Professionem fidei Jacobi-Benigni *Winslow* ad catholicam fidem conversi accepit Bossuet in sacello suo *Germigny*.

Haec non ignota erant Cardinali *de Bausset* qui, inter testimonia VII libro historiae suae subiecta de conversis a Bossuet ad fidem catholicam, notationibus manuscriptis *Ledieu* usus erat. In Commentariis *Ledieu* non pauca inveniuntur quae referre nolo. Potius enim mihi videtur quaedam exscribere ab ipso *Winslow* collecta de sua conversione quam, ut infra videbimus, totam Bossuet esse adscribendam ducebat.

In codice manuscripto, manu propria *Winslow* emendato, haec leguntur :

Desprez [2] donna à Winslow une lettre pour un chanoine de Meaux, M. Trouvé, qui le conduisit à Germigny.

Je le présentai (dit Ledieu) à M. de Meaux qui lui fit faire son abjuration dans sa chapelle de Germigny où beaucoup de chanoines

---

1. Ledieu, *Journal*, t. I, p. 15.

2. Typographus is erat qui libros Bossuet, inter quos *Exposition de la doctrine Catholique* ipsi *Winslow*, tunc Lutherano, tradiderat.

et des principaux de Meaux se trouvèrent, outre sa famille, M. l'abbé son neveu, etc. 1699

Le prélat fit une exhortation sur ces paroles : *Attendite a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis, etc. Luc,* 12, qui tira les larmes des yeux de tous les assistants.... et prit jour le dimanche suivant pour lui donner la confirmation et la sainte communion [1].

XI octobris.

Confirmationem primamque communionem eidem recenter converso dedit pluribusque vicibus verba ad eum habuit.

Qui dies de relatione professionis fidei tantum deductus, hic pro certo haberi potest :

Il le prêcha trois fois, à la confession, au commencement de la messe et à la communion le Saint Sacrement à la main. Il l'avoit fort exhorté d'entendre toutes les prières de la messe avec attention pour lui en faire sentir la sainteté, tant de celles qui précèdent le sacrifice que de celles qui le suivent. C'est dans cette vue qu'il prononça tout entier le canon à haute voix. En retournant dans son appartement, je lui dis : « Mgr, vous ne condamnez donc pas ceux qui récitent le canon à haute voix ? » Il me répondit : « Détrompez-vous, Monsieur, je ne suis pas du tout de ce sentiment, mais je voulois seulement rendre par là le prosélythe attentif jusqu'aux moindres parties de la messe [2]. »

XII octobris.

Non certe quaerenda est ulla monasteri Iotrensis visitatio anno MDCXCVIII, si fidamus his verbis ad abbatissam Sanctae-Farae, quae quodvis iter huiusmodi excludere videantur :

Votre lettre m'a trouvé, Madame, prêt à monter à cheval, c'est à dire en carrosse, pour aller coucher à Jouarre *après un an et demi* d'absence [3].

---

1. *E. Bibliotheca Mazarinea*, 1167, quondam 2279. Cf. Bausset, *Histoire de Bossuet*, t. II, p. 439, éd. 1814 ; Ch. Urbain. *Ledieu historien de Bossuet*, p. 21 ; Ledieu, *Mémoires*, p. 231.

2. In codice Mazarin. laudato, p. 30.

3. Ex litteris die XII octobris, Lachat, t. XXVIII, p. 534.

1699 **XIV octobris (Feria IV).**

Quaedam videtur facta esse solemnitas in monasterio Sanctae-Farae, cui adstiterit Bossuet, prout e litteris iam exscriptis apparet :

J'espère bien entonner la messe pontificale. J'irai à Luzanci et à la Ferté-sous-Jouarre et me rendrai ici mercredi.

Iam in reliquum vitae Bossuet tempus, Commentarios habemus a *Ledieu* in dies descriptos, e quibus quicquid ad vitam spectat pastoralem excerpere non vacat, cum haec facile omnium in manibus esse possint.

Pauca igitur tantum quae, cum vel a *Lebarq* omissa sint aut pernotis testimoniis illustrari, ut ita dicam, valeant, ultimis Bossuet annis hic requirenda sunt.

VII novembris.

Ad ea firmanda quae *Ledieu* dicit de domo hospitalitatis in civitate *Dammartin* esse facta, videantur documenta quaedam publica [1].

De XIV die ad XIX diem decembris.

Bossuet tempore secessus ante ordinationem verba facit ad ordinandos [2].

---

1. Ledieu, *Journal*, t. I, p. 2. *Inventaire sommaire des Archives de Seine-et-Marne*, t. II, supplément à la série H, p. 59. E. 1, registre in-folio de 187 feuillets : « Procès-verbal d'établissement suivi de statuts et règlements faits par J.-B. Bossuet, 9 novembre. »

2. Postquam narravit Ledieu plures sacerdotes, invito quasi episcopo, qui misericordia in eos uti tentaverit, esse castigatos, haec addit : « *Il les exhorta à se retirer sans bruit, faisant plus de cas en bon pasteur de leur conversion que de leur perte... ils furent donc arrêtés... et... condamnés... Il ne cessoit d'exhorter les ecclésiastiques à profiter de ces exemples : et avant l'ordination, il alla trois et quatre fois au séminaire entendre les exhortations de la retraite auxquelles il a ajouté de vive* (*voix*) * *les motifs les plus pressants pour établir la sainteté des mœurs des prêtres. Journal*, t. I, p. 4.

* Sic enim emendavit D. *Urbain* lectiones veteres : *de suite.*

Dies autem huius adhortationis, etsi non indicatur, non longe est ponendus ab ipsa ordinationis caerimonia, quae sabbato XIX mensis die facta est. 1699-1700

ANNO MDCC

X Ianuarii.

Adhortatur neoconversos [1] in sacello episcopali.

Quod, cum omissum non fuerit in indice *Lebarq*, verbis tamen ipsius *Ledieu* hic esse complendum duxi. Non parum enim ad rem nostram facit Bossuet animum in docendis tum haereticis, tum ipsis parochis de modo reducendi aversos a fide, quasi oculis subiectum videre.

XXIII aprilis.

In collatione de theologia morali Bossuet interfuit [2].

VII Maii.

Ad parochos verba facit, teste *Ledieu* [3].

---

1 « M. de Meaux fit lui-même assembler dans sa chapelle les protestants de la ville et des faubourgs, le dimanche 10 de janvier, sur le soir, et les instruisit en vrai père, doucement, patiemment et fortement, en présence de leurs curés. » Ledieu, *Journal*, t. I, p. 6.

2. Ledieu, *ibid.*, p. 29. « M. de Meaux... a assisté à la première conférence de morale dans sa chapelle, où il a décidé tous les cas, selon sa coutume, avec sa sagesse et son érudition ordinaire. »

3. *Journal*, I, p. 32 et Urbain, *op. cit.*, p. 24. « Conférence des curés à l'évêché où monseigneur a présidé ; il y a donné son *Instruction pastorale sur les promesses de l'Eglise* et en a en même temps expliqué le dessein : « C'est, dit-il, pour réveiller les nouveaux catholiques par le motif le plus sensible de toute la controverse, qui est l'universalité de l'Eglise dans les temps et dans les lieux ; et aussi pour apprendre aux anciens catholiques comment ils doivent converser avec les nouveaux, et les attirer à l'Eglise par douceur et plus encore par leurs prières. » De là, l'application des sermons de saint Augustin sur la paix et de la manière de gagner les hérétiques. Tel est le fruit de son étude de l'été dernier à Germigny. »

1700 Hinc apparet quantum ad pastoralem vitam conferri possint etiam illa otia, ne potius dicam studia, quibus cum in praedio suo rusticaretur, se tradere soleret episcopus.

X Maii.

Denuo ad conciliandam pacem inter civitatis primarios, munus suum pastoris adimplevit [1].

XXIX septembris.

Filias *a Caritate* dictas, Parisiis, in Domo Sancti-Lazari curat ad Hospitale Meldense mittendas [2].

XVI novembris.

Visitat prioratum *Torcy* [3].

Norunt omnes recenter tunc defunctam esse D^am^ *d'Albert* hoc in prioratu, ubi D^na^ *Cornuau* sub D^na^ *de Luynes*, priore conventus, vivebat [4].

De die XXIV ad XXVIII novembris.

Eiurantem haeresim Comitem *de Bielke* excipit Bossuet [5].

---

1. V. Ledieu, *Journal*, t. I, p. 4, dissidi originem et p. 32, finem.

2. « Dans l'après-dîner, il a été... à Saint-Lazare où il a arrêté trois sœurs de la charité pour le service des pauvres de l'hôpital général dont j'ai passé le contrat comme procureur. »

Hoc documentum habetur in Archivis iam dictis : « Traité entre Ledieu, procureur des gouverneurs de l'hôpital général (de Meaux) et Julienne Laboue, supérieure, Louise Texier, assistante, Marie Chevalier, économe, Geneviève David, dépensière des filles de la Charité. » *Inventaire sommaire*, etc., t. II, p. 212, *supplément à la série H*. Cf. *Journal*, *ibid.*, p. 156, 10 octobre ; p. 163, 14 novembre ; p. 169, 3 Janvier 1701.

3. « Le mardi 16, séjour au même lieu (à Rentilly, chez M^me^ la princesse de Furstemberg) et le matin après la messe, visite de Monseigneur de Meaux à Torcy. » Ledieu, *Ibid.*, p. 163.

4. Cf. Lachat, t. XXVII, p. 648, septembre 1700.

5. Ledieu, *Journal*, t. I, p. 164 ; Urbain, p. 30. « Ce mercredi 24, retour de M. de Meaux à Paris, et séjour ce jeudi, vendredi, samedi et dimanche 28 novembre 1700, premier de l'Avent, auquel, en disant la messe dans sa

XVII Decembris. 1700-1701

Adhortatus est clericos in sacrum ministerium ordinandos [1].

ANNO MDCCI

V Ianuarii.

Quaedam, licet pastorale munus non attingant, nolui neglegere, ne quid omittatur unde indolem Bossuet in vitae intimae consuetudine agentis cognoscamus [2]. *Ledieu* enim indicavit, et quidem iure, quanta comitate in omnes, gravissima inter studia, se facile adeundum praeberet [3].

VII Ianuarii.

Cuius rei argumentum statim habemus in eiusdem *Ledieu* Commentariis [4].

---

chapelle domestique, M. de Meaux a reçu l'abjuration de M. le comte de Bielke, gentilhomme suédois, luthérien, colonel du régiment royal allemand, instruit par M. du Pin, docteur en Sorbonne, et qui avoit eu *plusieurs entretiens sur la religion* avec notre prélat depuis son arrivée à Paris ».

1. Ledieu, *Journal,* t. I, p. 167. « Ce samedi 18, il a fait une ordination fort nombreuse, mais fort heureusement. Il passa l'après-dîner d'*hier* au Séminaire avec les ordinans pour les exhorter. »

2. *Ibid.,* p. 170. « Ce mercredi... soir... il a régalé MM. Payen lieutenant-général, et le président de la Noue, avec M. l'abbé de Lusanci et quelques-uns de ses chanoines : et lui-même a été fait roi, ce qu'il a soutenu avec sa douceur et son affabilité, sans rien perdre de son sérieux et de sa gravité. »

3. *Journal,* lundi 31 décembre 1700, p. 169. « Au reste, je dirai en général que la principale occupation de M. de Meaux ici est à la vérité son étude, mais sans négliger le courant des affaires, et donnant audience aux curés et autres personnes qui se présentent et expédiant tout avec sa douceur, sa sagesse et sa vivacité connue. » Cf. supra, p. 107, verba *Treuvé.*

4. *Ibid.,* p. 170. « Ce vendredi 7, à Meaux, il a tenu l'assemblée des syndics du clergé le matin, et l'après-dînée l'assemblée des dames de la charité... Il a réglé plusieurs différends et des affaires particulières des curés et des gens de la campagne. » Legimus etiam XIV huiusce mensis : « *Il a donné audience à tout venant.* »

1701 **I februarii.**

Legatis Navarricis Sorbonicisque Latine respondisse fertur, prout annis superioribus fecerat [1].

XXIX Martii.

Moniales Sanctae-Ursulae [2] adhortatur.

Circa diem XV aut XXII Maii.

Contiones habitae sunt tempore Iubilaei. Inter XXVI Maii et II Iunii, scilicet per octavam festi Corporis Domini, adhortatur Bossuet moniales Visitationis Meldensis, prout ex litteris constat III Iunii datis, quas rettulit cl. D. *Jovy* [3].

XIX Maii.

In Monasterio Iotrensi professionem monialis, de qua *Bourdaloue* contionem habet, solemni ritu accipit Bossuet [4].

---

1. Cf. Ledieu, *Journal*, I. p. 173.

2. *Ibid.*, p. 179. De illa posteri diei electione egit cui conficiendae praeses fuit. « (Mardi de Pâques) M. de Meaux a été au sermon aux Ursulines, y a fait la bénédiction du Saint-Sacrement exposé pour les élections d'une nouvelle supérieure et officières, et ensuite il a parlé aux religieuses en particulier. »

3. « Monseigneur notre digne Prélat animoit toute la ville par son exemple et par ses discours *. Il nous a fait l'honneur, durant l'octave du Saint-Sacrement, de nous faire une exortation (*sic*) admirable sur les abaissemens de Jésus-Christ dans cet auguste mystère, elle estoit si pleine d'onction, d'élévation et de sublimité dans ses pensées et dans ses expressions que nous vous confessons franchement, nos très chères Sœurs, qu'il nous sembloit que nous allions devenir de parfaites adoratrices et imitatrices de ces divins anéantissemens... » *Lettre manuscrite* citée par M. E. Jovy, *Revue Bossuet*, 25 juillet 1900, p. 183, et *Bossuet à la Visitation de Meaux*, p. 11.

4. « ... A Jouarre, pour la profession de Mlle de Montholon, fille du premier président, pour laquelle M. de Meaux a dit la messe pontificale, ce jeudi matin 19, et le père Bourdaloue a prêché. » Ledieu, *Journal*, t. I, p. 185.

* Tempore Iubilaei quod habitum est Meldis in ipsa Pentecostis hebdomade XV-XXII Maii.

Non semel, ut iam vidimus, *Bourdaloue* in Meldensi dioecesi verba fecit. De eo in litteris die XVIII Iunii MDCXCIV datis Bossuet scripserat : 1701

On me mande de Paris que Madame de Soubise doit bientôt aller à Jouarre ; mais on ne m'explique pas si c'est avec le P. Bourdaloue. Je ne me défie point de ce Père [1].

Utrum integra fuerit ea fiducia, necne, alibi quaerendum erit [2].

IV Iulii.

Quaedam habet Bossuet de proposito " Unionis " cum Leibniz inito, ad *Protestantes* Germaniae ab haeresi revocandos [3].

Haec, quanquam non respiciunt Meldensem episcopatum, saltem omnia a Bossuet semper tentata esse ostendunt quae ad nominis christiani laudem ampliandam spectarent.

VIII novembris.

Professionem monialis, nomine *Rouhault de Cayeu*, in monasterio Sanctae-Farae accepit Bossuet [4].

Quo sane nomine *Cayeu* monemur, mea saltem sententia, eandem esse monialem de qua Bossuet, anno superiore haec scripserat, ad abbatissam quae ab ipso,

1. Lachat, t. XXVIII, p. 186.

2. Cf. meam disputationem : *Bourdaloue* (*Histoire critique de sa prédication,* Parte IIa, in h. diem), in qua, huius itineris occasione, pauca invenientur de modo agendi Bossuet, quae etsi non contradicant iis quas hic ei tribui laudibus, me non omnia in eo probare significent.

3. Ledieu. *Journal*, I, p. 190; p. 247, 12 nov. « Versailles Lundi 4 juillet, M. de Meaux a été à la messe de Mme de Bourgogne, puis dîner chez M. le Marquis de Torcy où s'est trouvé l'envoyé du duc de Saxe-Gotha, avec qui M. de Meaux a conféré sur le sujet de la religion. »

4. Ex codice professionum in monasterio Sanctae-Farae (Bibl. nat., fr. 11569) : « Je, sœur Louise-Antoinette-Théodose de Sainte-Félicité, fille de Messire Claude, Jean-Baptiste, Joachim (quod scriptum fuit Jouachin) Roûhault de Cayeu et de Dame Louise-Madelaine de Lauménie, ay fait profession le 8e nov. 1701, aagée de 18 ans, entre les mains de Monseigneur Jacque-Benigne Bossuet, evesque de Meaux et Mme Marie Anne Généreuse Constance Thérèse de Beringhen. »

1701-1702 ut videtur, velamen imponi nomine D[ae] *de Cayeux* postulabat :

Je me tiendrois honoré de donner l'habit de novice à Mademoiselle d'Helicour, mais je me réserverai plus volontiers pour la profession, si Madame la comtesse de Cayeux l'a pour agréable [1].

ANNO MDCCII

V Iunii.

Varia ministeria episcopus adimplevit[2].

XXVI Iunii.

De documento die XIV sextilis MDCXCVI pacto superius actum est, quod cum episcopo obsignavit consilium commune principum civitatis ad conveniendum de ordine in solemni supplicatione servando. Idem quasi innovatum esse vidimus XXI die Iunii MDCCII, ut ex exemplari exscripto in ultima appendice patebit.

XX octobris.

Ledieu in commentariis refert baptismum filiae Ludovici *Bossuet*, nepotis episcopi, quam e sacro fonte ut dicitur, levavit. Cuius caerimoniae testimonium in archivis saepe

---

1. Lachat, t. XXVIII, p. 536. Lettre du 18 octobre à M[me] de Béringhen. Cf. *Journal,* I, p. 246. — « Ce lundi, 7 de novembre 1701, M. de Meaux est parti de Germigny... pour aller coucher à Faremoutiers : et ce mardi matin, il y a célébré la messe pontificale et reçu les vœux de M[lle] de Cayeux..., le P. de la Tour, général de l'Oratoire, prêchant *. »

2. Ledieu, *Journal*, p. 292. Cf. *Inventaire sommaire des Archives de Seine-et-Marne*, t. II, p. 134, *Supplément à la série H* (bureau de l'Hôtel-Dieu). « Aujourd'hui lundi 5 de juin il... s'est encore trouvé en état de donner la Confirmation dans sa chapelle à deux cents enfans, puis il a dit la messe ; après son dîner il a assisté au bureau de l'Hôtel-Dieu, et le soir au séminaire à la conférence des ordinans, comme il avoit fait hier. »

* Ut in veli sacri festo fecerat.

usque citatis servatur, quod referre non est operae pretium [1]. 1702-1703

Quo documento clauditur quicquid de intima Bossuet vita addendum esse visum est ad illum indicem « actionum » quem adeo feliciter collegerat doctissimus *Lebarq*. Etiamsi enim parum attineat illa privata, ut ita dicam, solemnitas, ad munus pastoris quod requirere tentavimus, inchoare tamen videtur ultimam Bossuet vitae partem. Duobus quippe annis quibus fere extra dioecesim et ultimo morbo correptus victurus erat, animis attendere non desivit, etsi iam verba facere aut dioecesanos sicut antea invisere non poterat.

ANNO MDCCIII

Die IV septembris.

Ad synodum cui tamen non adfuit mox congregandam, supremum quasi vale per nepotem suum mittere coactus est in litteris alterius manu scriptis, quibus ipse addidit : *Ainsi dicté de mot à mot.*

La paix de Jésus-Christ avec vous tous, mes Frères.

† J. Bénigne, E. de Meaux [2].

---

1. Videantur documenta in *Inventaire sommaire* descripta, t. I, p. 55 GG 1-13 in-4º papier 1520 feuillets, série E, *Supplément :* « Commune de Germigny-Levêque : Le 20e jour d'octobre 1702 a esté baptisée Marguerite Benigne, née d'hier, fille de Messire Louis Bossuet... le parrain Mgr Jacques Benigne Bossuet.... &c. »

2. Lachat, t. XXVII, p. 293.

PARS POSTERIOR

CAPUT PRIMUM

QUA RATIONE BOSSUET CUM SUIS SACERDOTIBUS EGERIT.

Qualem se in sacerdotes praebere intenderit, statim ut in Meldensem dioecesim ingressus est, cognoverunt quotquot audierunt illum, die ix februarii, quo parochorum legato ipsi gratulanti respondit se omnino cum suis sacerdotibus in commune bonum esse consensurum [1]. Utrum autem id quod sibi proposuerat servaverit, minime dubium est legenti adhortationum argumenta quae notavit, annuas synodos referendo, parochus ille *Raveneau* quem supra memoravimus. Huius verba, eo quod iam in opere canonici *Réaume*, ut plurimum, exscripta sunt, colligere nolui. At plane convenire mihi videntur cum ea contione quam, satis probabili coniectura, libenter ipsi Bossuet tribuerim. Non sane in animo

1. *Mercure galant*, mars 1682, p. 47. — « Le lundi 9..., il receut, au sortir du Chapitre, les complimens des Curez de Meaux, par la bouche du Père Gasté, Prieur des Chanoines Réguliers de l'Abbaye de Nostre Dame de Chaage... Sa réponse fut qu'il auroit beaucoup de considération pour des personnes qui se proposoient, pour seul objet de leurs soins, la gloire de Dieu et l'intérêt de l'Eglise ; qu'il tâcheroit, de tout son pouvoir, d'y concourir avec eux, et les appuyeroit, en toute occasion, de l'autorité épiscopale. »

est ea adfirmare quae omnino certa mihi non sint ; at liceat saltem tum aliquot exponere rationes et testimonia, quibus opus incerti nominis non ipso Bossuet indignum videri ostendam, tum orationem edere quae de Sacerdotum dignitate et officiis Meldensis episcopi sensa aliunde satis superque nota praebeat.

Quae autem si quis non probet, paululum saltem veniae mihi concedat, quod neque amplius atque oporteat adfirmare ausus sim, nec reliqua ipsius Bossuet documenta quae attulerim, etiam cuilibet severius existimanti, pari controversiae obnoxia sint.

Cum autem stili aut generis dicendi rationes nihil fere certi adferant in operis cuiusque scriptore determinando, his tantum testimoniis uti volui, quae iam, ut in Latino sermone fas est, exponam.

Ex amplo codice manuscripto, contionibus multis variisque scribarum opera collectis referto, qui Parisiis in Bibliotheca maiore asservatur [1], orationem exscripsi cui titulus est : *Contio habita in synodo Parisiensi*, et quae in haec verba facta est : *Apprehendite disciplinam*.

At, teste *Floquet* qui priorem vitae Bossuet partem variasque ab ipso Parisiis habitas orationes descripsit, novimus, anno MDCLXV, eum, iussu archiepiscopi *Hardouin de Péréfixe*, contionem inauguralem dixisse, in qua eadem prorsus verba Scripturae sibi explicanda proposuerit. Operae igitur pretium erat orationi in codice inscriptae accurate studere et praesertim testimoniis quibus *Floquet* argumentum orationis die XVII Iunii habitae cognovit. Haec vero deduxerat *Floquet* e manuscripta *historia* quasi in dies enarrata seu commentariis

1. Fr. 22.948. His manuscriptis codicibus a Iohanne Phelipeaux collectis, praesertim usus sum in quaerendis contionibus *Bourdaloue*. Cf. integram meae disputationis de illo oratore priorem partem et p. 2. cuiusdam *Bibliographie critique*, quam nuper edidi. Paris, Fontemoing, 1900, in-8, 23 pp.

quos quidam Philippus *Gourreau*, Abbatiae Sancti-Victoris Prior, quicquid ad semetipsum aut ad conventum suum pertineret referebat.

Is quidem cum, data occasione, Synodum anno MDCLXV coactam descripserit, nos docet Bossuet initio concili dixisse. Huius igitur verba excerpere vacat, quae sane virum, neque in archiepiscopum neque in ipsum oratorem benevolum, arguunt :

Ayant touché quelques mots du sinode de M. l'Archeuesque, il est a propos d'en faire l'histoire et de dire ce que j'en ay ueû et appris. Ce prélat ayant dessein de recommencer les sinodes qui auoient été interrompus depuis 46 ans... auoit indiqué l'ouuerture à 7 heures du matin dans le chœur de Nostre-Dame.

In codice primum prolixe narratur quomodo orta sit dissensio inter episcopum et canonicos, ex qua synodus in aula maiore domus episcopalis est collecta. Hinc idem pergit narrando :

L'archiprestre de la Magdeleine prenant la chape leût un chapitre d'Isidore *Hispalensis* (*sic*) touchant la uie des prestres,.... ensuite après auoir inuoqué le saint esprit, Mr Bossuet, depuis euesque de Condom et précepteur de Monseigneur le Daufin, prescha sur le texte *apprehendite disciplinam*. Il ne fit point d'*Ave*. Il loua beaucoup M. l'archeuesque, mesme de sa bonne mine et du renouuellement des sinodes ; il rapporta quantité de canons sur la uie, les mœurs et l'instruction des curez. Ayant promis trois points, il ne traita que celui de la discipline. Je ne scay ce qu'il fit des autres.

Ces sortes d'assemblées sont pour donner de l'encens au prélat. Cela ua jusqu'a la flatterie et à l'adoration, comme son promoteur enchérit ridiculement sur celui du matin, et comme j'ay oui les deux sermons des deux sinodes de Mr d'Harlay (*le fils du président de Chambry et M. Saint-Martin, curé de Noisy-le-Sec*) dont j'auois honte pour la bassesse des prédicateurs dont les flateries étoient indignes de la chaire de uérité. Le prélat adossé contre le maistre autel receuoit toute cette fumée au milieu de la messe qu'il disoit. Je ne scay comment ces prélats n'en rougissoient point, mais pour le moins, on en rougissoit pour les prédicateurs et pour les prélats...

Haec ille, quem quantum sit infensus nemo non videt. Hinc dedita opera integram eius relationem exscribere

noluit *Floquet*, pro sua in Bossuet gratiam consuetudine, ne scilicet malevolo viri testimonio, illius quem adeo probabat, aliquid laudis detrahi videretur. At haec certe non ea sunt quae famae oratoris noceant aut perpetua oblivione sint obruenda. Immo ex iis ipsis quae consulto reticuit verbis, argumentum indiciumque erui fas est, quibus amissum Bossuet opus cum contione in codice Parisiaco inscripta, fortasse convenire ostendatur.

At enim in hac oratione tres indicantur pleniusque evolvuntur partes, dum, teste *Gourreau*, unam tantum e tribus quas praemiserat, Bossuet tractavisse censendus est. Quod sane obicienti, ne adversa argumenta effugere videar, omnino fateor non esse respondendum loquentis Bossuet verba non diligenter *Gourreau* audivisse, neque oratoris in contione sua *puncta* tria, quae nunc legimus, pronuntiantis, divisionem non sensisse. Nec multum etiam valere concedo aliud responsum, quo fingeretur scriba ipsam orationem a Bossuet scriptam tradidisse, quam is, nimium in prima parte commoratus, integram non dixerit.

His enim rationibus, quae mihi parum firmae videntur, ei quod in contrarium opponitur argumento non satis fit. Fatendum igitur esse censeo in hac inter utramque contionem differentia, multum inesse difficultatis, et dubitanter solum dici posse contionem quam scriba servavit ipsam esse orationem a *Gourreau* auditam. Minimi enim momenti esse concedo eadem scripturae verba utrinque allata inveniri. Sed propter unam, etsi gravis est, causam dubitandi, nolim tamen plura omitti quae orationem a nobis repertam posse tribui nostro Bossuet suadere videantur.

Neque enim in oblivionem venire oportet *Gourreau*, ex ipso quo loquitur modo, longo tempore post auditam contionem, ea quae narravit, scripsisse, siquidem Bossuet vocavit *episcopum Condomensem et instituendo Delphino*

praefectum. Dolendum est eundem partes orationis a Bossuet propositas, nec praeter primam, si ipsi credamus, dictas, non enuntiasse. Hinc multo minus pressum firmumve ideo habendum est eius testimonium, quod tamen non contendo esse despiciendum.

Porro animadvertere licet, contionem e codice nostro exscriptam nullo modo, in exordi loco consueto, prae se ferre orationis *Ave* mentionem. Quod, cum plane conveniat cum relatione in qua legitur : *il ne fit point d'Ave*, non certe praetereundum est. Quia autem totum orationis initium, praeter tres argumenti partes quae praenuntiantur, in laudando archiepiscopo insumitur et ad eum dirigitur, forte ipsi *Gourreau* visum est illud *elogium multum nimiumque* de quo querebatur. Etsi enim ipsis verbis non agitur de optimo corporis habitu quem, si *Gourreau* asserenti fidamus, laudi archiepiscopo verterit Bossuet (*il loua beaucoup M. l'archevesque mesme de sa bonne mine*), quaerendum tamen est an ea ut nimium laudantis verba non vituperaverit acerbus noster existimator, quae in ipsis similitudinibus inesse viderit ab oratore usurpatis. Sententias nempe in quibus nunc cum Moyse, nunc cum Gedeone, immo cum ipso Christo et cum Deo archiepiscopus comparatur, profecto tam austero iudici nequaquam probari potuisse arbitror. Illas igitur, ut opinor, carpere voluit, quibus assentationis adulationisve suspicionem inicere conatus est. Quid mirum, quaeso, hominem Parisiaco praesuli, ut ex reliquo libro patet [1], satis infensum, verba quibus extolluntur eiusdem laudes non commendare? Non itaque multum errare iudico eum, qui his praesertim querelis quas supra legimus, impeti et exprobrari putaret quaecumque in contione

1. Postquam moniales *Portus-Regalis* e monasterio, iussu praesulis vi ereptas esse dixit, sic rem explicare conatur : « *Il est à croire qu'il étoit aussi* (*Peréfixe*) *poussé par quelque protection : quoyqu'il fut fort rouge de visage, il vouloit ajouter la couleur du bonnet.* »

manuscripta quam edimus, archiepiscopi merita laudibus afficiunt.

At infirma forsan aut probabilia tantum esse argumenta huiusmodi si quis declaret, non negabo plura et meliora requiri, ut tuto inter certa Bossuet opera referatur *oratio in synodo parisiensi* in codice inscripta.

Eandem vero libentius ad scripta quae *dubia* dicantur, applicare iisque quasi appendere, ii omnes consentient, qui, quantum cum doctrina hac de re semper a Bossuet proposita consentiat, considerabunt. Porro, nisi id fortuito, quod fieri potuit, evenerit, comparari certe velim ea quae in contione nuper inventa reperiuntur cum variis argumentis, quibus orationes « synodales » ferme quotannis in Meldensi dioecesi a Bossuet habitae, summatim nobis servatae sunt. Unum solum, speciminis gratia adferre libet, quod etsi invictum argumentum non esse sentio, tamen haud prorsus inutile erit. Initio enim primae synodi quam anno MDCLXXXII congregavit Bossuet, eandem de *Sacerdotum dignitate et officiis* adhortationem fecit, quae contionis Parisiis quondam dictae argumentum erat. Postquam enim sacerdotes docuit tribus quasi viis, ut sancti fiant, ita debere uti, ut in orando Deo, fovendis sibi subditis, omnibus denique vitae suae exemplo trahendis toti fiant, haec addidit quae *Raveneau* breviter sic contraxit :

Enfin, le troisième caractère, c'est l'exemple qui est indispensable à tous. Il faut que le prêtre inspire la vertu par son geste, son parler, son marcher ; voir le beau canon du concile de Valence, dont il remplit cette troisième partie et fit sa conclusion par cette figure : « Si vous aimez les assemblées, si vous aimez vos plaisirs, êtes-vous des hommes de Dieu ? »

At nonne fere idem legimus passim in oratione tam multis referta « sacrorum canonum documentis ». Hanc sane integram hic exscribendi non est locus. Sed cuilibet legenti, non pauca quae mihi non tantum forte et casu

utrinque sic paria fuisse, apparebunt. Haec saltem nunc referre liceat :

N'est-il pas vrai qu'étant monté dans cette chaire par l'ordre d'un des plus grands, des plus zélés et des plus savants prélats du monde, je m'acquitte de mon obligation pour vous faire entendre le secours qu'il faut que vous rendiez aux peuples qui sont sous votre charge ? Car, enfin, selon les termes d'un illustre concile de l'église gallicane, nous ne sommes ordinés et oints du Seigneur que pour le soulagement des peuples chrétiens, d'où il faut tirer cette conséquence que toutes nos veilles, nos travaux et nos études ne doivent consister qu'à les éclairer, à les instruire...

Quid autem si, praeter illa e tertia orationis parte deprompta, quaedam sancti Isidori Hispalensis verba ibidem allata decerpamus ?

Les paroles d'un saint évêque demandent votre attention ; je prie Dieu qu'il me donne une mémoire assez heureuse pour vous les réciter fidèlement, et, à vous, un cœur assez docile pour en profiter. *A vulgari vita seclusi, a voluptatibus se abstineant, non spectaculis, non pompis intersint, non vagis oculis, non effreni lingua aut petulanti tumidoque gressu incedant, sed pudorem et verecundiam mentis, simplici habitu incessuque ostendant.* Il avoit sans doute appris cette belle doctrine du grand saint Grégoire, qui après avoir décrit tous les vices et toutes les imperfections des ministres de Dieu, dit qu'ils ne doivent point approcher des autels lorsqu'ils se sentent souillés de quelque crime, n'y ayant point d'apparence qu'ils puissent offrir au Père Éternel le corps et le sang de son Fils pour l'expiation des péchés du peuple, quand ils s'efforcent de satisfaire pour les leurs.

Haec porro ad verba referre oportet quae in annotationibus post synodum anno MDCLXXXII coactam sic expresserat *Raveneau :*

La prière... nous fait gémir pour les péchés du peuple comme pour les nôtres propres ; voyez saint Grégoire et saint Ambroise.

Inter ea vero quae in hac relatione a *Raveneau* scripta cum oratione synodali, quam existimo XVII Iunii MDCLXV esse dictam, communia aut ei similia sunt, locus quidam primae partis eminere mihi videtur quem hic exscribendum esse duxi :

... Il faut que déclarant une guerre éternelle au monde et à Satan, vous soyez exempts des légèretés et des plus petites imperfections des enfants du monde. Car enfin, le peuple oublie notre dignité et ne nous regarde qu'avec mépris, lorsqu'il nous voit engagé dans les mêmes imperfections que lui. Quand on nous voit attachés à la vanité, c'est alors que nous entendons non plus par un secret murmure, mais par des cris publics, *numquid homines estis*... ? En effet quand on nous voit attachés aux biens comme si nous avions perdu nos emplois, ne sommes-nous pas des hommes... etc... ?

Haud scio equidem an haec cum verbis *Raveneau* superius traditis comparari nequeant :

Si vous aimez les assemblées, si vous aimez vos plaisirs, êtes-vous des hommes de Dieu ?...

Quanquam enim non eadem omnino sententia utrinque est, et fieri potest a duobus oratoribus, rem eandem agentibus, eadem paene esse proposita, non tamen facile praetermitti decet verba quae in oratione manuscripta de synodo Parisiensi inveniuntur :

Quand nous aimons la conversation des femmes, quand nous laissons amollir la gravité que nous professons, par de lâches complaisances, ne sommes-nous pas des hommes ?... Quand nous sommes assez malheureux que d'aller aux festins, aux comédies et aux bals, qui selon le langage du saint concile énervent la vigueur des ministres de Jésus-Christ, *per aurium illecebras turba vitiorum in animum irruit, vigorem Dei et disciplinae emollit et effeminat*, quand nous nous abandonnons à tous ces désordres, ne sommes-nous pas des hommes ? *Numquid homines estis ?* »

Nemo etiam mirabitur eum qui, *Raveneau* teste, *de Catechizandis pueris* multa sacerdotes suos monuerit [1], his etiam verbis potuisse uti quibus finem faciam :

Nous croyons, dit saint Augustin dans le livre qu'il a fait des catéchismes, que nous nous abaisserions trop d'enseigner aux villageois dans les campagnes les premiers éléments de notre foi, nous croyons que ce seroit une basse occupation de nous amuser à

1. Raveneau, l. c. « S'ils sont durs comme des enclumes, c'est à cause de cela qu'il faut battre plus fort avec le marteau, le ciseau, le burin, *donec formetur in eis Christus*. »

des exhortations familières. Cependant nous nous trompons, et ce qui nous abuse, c'est que nous ne considérons pas que nous devons être infirmes avec les infirmes, et que par notre ordination, nous sommes obligés plus que personne de descendre à la foiblesse et à l'ignorance de notre prochain.

Haec quantum vitam Bossuet pastoralem ad vivum depingant nemo est qui non videat. Is enim talia semper cum synodalibus hortationibus et colloquiis, indicta die habitis [1], tum exemplo in primis quod omnium oculis imitandum praebuit, ex illo quem in priore parte statuimus indice, suos sacerdotes docere non destitit. Nostro igitur Bossuet vivendi rationem, immo forte nec dicendi, ipso indignam non tribuat qui, ex coniectura saltem non ita improbanda, eius fuisse arbitretur orationem prima in appendice positam. Hanc itaque legendam praebere non dubitamus, nullam in ea inesse sententiam rati, quae Bossuet non deceat, Meldensisque episcopi modum agendi cum sacerdotibus non omnino redolere videatur.

---

1. In opere : *Gallia christiana* legitur, tomo VIII, col. 1658 : « Synodos habuit (Bossuet) XIV septembris MDCLXXXVIII, XVI Augusti MDCXCI, XVI octobris MDCXCVIII et statuta condidit. » Nescio cur hae tres tantum synodi commemoratae fuerint, dum, ut vidimus in indice, tot fere sunt habitae quot annos in episcopatu Meldensi vixerit Bossuet.

CAPUT SECUNDUM

QUO AGENDI MODO CUM MONIALIBUS USUS SIT BOSSUET.

Qualem se praebuerit in moniales quas « electam gregis sui partem » vocabat episcopus Meldensis, ostendere non vacat. Etsi enim id ad vitam eius pastoralem iure refertur, integra disputatio ei instituenda sit qui munus « directoris », ut aiunt, in Bossuet vita describere velit. Cum autem id apprime actum fuerit in opere, cui titulus *Bossuet directeur*, a D. *Bellon* iam Facultati litterarum Parisiensi proposito, non est cur in hac re diutius retardemur. Ea igitur nondum cognita documenta, quae invenimus et quibus in appendice secunda locus factus est, brevi commentario explicare in animo habemus.

Quid de regendis animis sentiret Bossuet non semel professus est; at unam saltem ex epistulis eius haec agentem afferre oportet, ne minima quae in *Ordinationibus* praeceptisque ab ipso scriptis legemus, quasi spernenda nec satis attendenda videantur. Finem enim sibi attingendum aeque inquirebat, cum litteras, ne tractatum dicam de *Praedestinationis Mysterio* ad D^{nam} *Cornuau* misit, ac tempore quo minutum de quacumque « observatione conventuali » praeceptum, post visitationem canonicam, in monasterio legendum servandumque promulgavit. Illum itaque de proposito quod statuere oporteat quicumque animos regit, audiamus: postquam

enim sublimia quaedam, at sermone perspicuo, tradidit de animorum natura et condicione, ut D^{nae} *Cornuau* de hac re inquirenti satisfaceret, haec addebat verba :

Ainsi il ne reste plus à cette âme que de se tourner incessamment du côté de l'éternité et de son souverain bien, et c'est à quoi doit tendre toute la direction. Car un pasteur, un évêque, un directeur se sent établi de Dieu pour jeter dans l'âme les semences d'une bienheureuse immortalité, en la séparant, autant qu'il peut, de toutes les choses sensibles, parce que tout ce qui se voit est temporel, et que ce qui ne se voit pas n'a pas de fin. Il faut donc lui faire aimer l'éternité de Dieu..., etc.

Hinc de culpa originali et concupiscentia, prout interrogabatur, respondet :

Souillés dès notre naissance et conçus dans l'iniquité.... nous devons combattre jusqu'à la mort le mal que nous avons contracté en naissant. C'est aussi le second travail de la direction. Il faut aider l'âme à enfanter son salut en se combattant elle-même...[1]

Nemo nescit Bossuet ad moniales iuvandas plura scripsisse opera, quae post obitum edita sunt, *Meditationes* dico *in Evangelium* et *Elevationes de Mysteriis*. Utriusque libri, ex litteris ad moniales scriptis, quasi in dies progressum, ut ita dicam, commemorari videmus. Saepe enim quid nuper scripserit ad Dominam *d'Albert* quacum haec scripta communicabat, indicare solebat. Tempus igitur quo quaeque pars *Meditationum* parata fuerit notum posteris fecit, quin tamen ad posteros attenderet [2].

At, quod vivens scripserat, id nepotis opera viginti et amplius annis postquam decesserat est editum. Attamen non omittendam esse duxi aliquam huius operis transcriptionem a quadam moniali factam. Opusculum igitur quod sive ab ipso Bossuet, sive ab ipsa quae idem collegit moniali, inscriptum est : *Méditation sur l'amour de Dieu*,

1. Ex litteris 1 octobris 1691 datis, Lachat, t. XXVII, p. 479.
2. Lachat, passim XXVIII, in litteris ad D^{nam} *d'Albert*.

in appendice secunda huius disputationis ponendum esse existimavi. Quod, etiamsi non dici possit prorsus ignotum, ac facile agnoscatur in opere quod inscriptum habemus *Méditations sur l'Evangile*, praetermitti non decet. Duobus enim eruitur e codicibus qui sibi invicem, si pauca excipias, respondeant. E quibus unus, tempore ipsius Bossuet exscriptus, hanc « meditationem » qualem primum ipse scripserat, praebet ; alter saeculo XVIII transcriptus esse videtur nec multum a priore differt. Utriusque autem a parte Meditationum certa, in libro post Bossuet obitum edito, non minimae sunt differentiae. Quas ut quisque facilius cernere possit, ea in appendice posui quae servavit codex manuscriptus. Is autem quem Parisiis transcripsi sedulo conferatur cum libro *Meditationum in Evangelium* a XLII die a Dominica Palmarum ad Caenam Domini[1]. Facile ergo apparebit quomodo breviorem meditationem, quae in codicibus nostris reperitur, postea Bossuet ampliaverit, eamque qualem in libro nunc invenimus fecerit. Illa autem quae in utroque codice Parisiensi legitur, talis esse videtur, qualis exstabat tempore quo illam, cum una e monialibus fuerit communicata.

Quanquam autem codex qui titulum habet *Lettres de Bossuet*[2] videtur esse transcriptus ex alio minus recenti, eum tamen contemnere, mea quidem sententia, non licet. Attamen, prae altero qui sane ipsius Bossuet tempore a moniali aliqua scriptus est, fere nihili est aestimandus. Is vero codex[3], praeter hanc *de diligendo Deo* meditationem, nonnulla praebet documenta ad moniales directa, quae adhuc immerito ignota iacuerant. Quibus docemur episcopum Meldensem totum se in dirigendis ad spiritualia animis tradidisse, et cum quibusdam monialibus quae-

---

1. Lebel, t. IV, p. 242, Lachat, t. VI, p. 168-185.
2. Fr. 12451.
3 Fr. 15180.

cumque scriberet in illarum gratiam et iuvamen, quasi in dies communicasse.

Ex his igitur operibus certo Bossuet tribuendis, quae ex hoc codice deprompsi, in primis arbitror esse magni habendam *Ordinationem visitationis*, quae in manuscripto codice titulum habet: *Avis à une communauté de Filles.* Cum hac enim ordinatione si quis conferat simile documentum quod inscribitur *Ordonnance de visite pour les religieuses... de Faremoutiers* [1], facile sentiet istic haberi quandam « Ordinationem, » occasione alicuius canonicae visitationis, cuius diem, ut supra vidimus, coniciendo tantum designare tentavi. Quodsi quis dubitet hoc documentum ipsius episcopi Meldensis esse, idem, quaeso, comparare velit cum quibusdam litteris statim referendis.

Legatur epistula die XX novembris MDCXCIII data cum hac sola suscriptione : *A une religieuse* :

Prévenez ces personnes en toute douceur et humilité, et tâchez de les gagner, quoi qu'il vous en coûte. Ne dites jamais : j'ai fait ce que j'ai pu, car c'est chercher sa propre justification ; mais, je ferai tout ce que je pourrai et tout ce que je croirai utile pour ramener les esprits à la paix. Ne songez à vous justifier qu'aux yeux de Dieu qui voit le fond des cœurs et vous jugera selon les règles de l'évangile que je vous ai expliquées [2].

Simillima sane haec esse nemo diffitetur *monito* ad moniales, quo docentur nullo pacto se posse discordiam quae mota fuerit, parvi facere.

On ne doit donc jamais ouïr sortir de leur bouche cette parole : ce n'est pas moi ; elle a tort, ce n'est pas moi, j'ai fait ce que j'ai pu, puisque tout cela, c'est chercher sa propre justification, qui n'est qu'orgueil insupportable..., etc.

Quicumque enim Bossuet litteras legerit ad moniales de rebus huiuscemodi scribentis, consuetam eius agendi

1. Hoc Meldis transcripsi in Seminario maiore, ex ipso exemplari manu Bossuet emendato.

2. Lachat, t. XXVIII, p. 501.

dicendique rationem agnoscat necesse est, haec si cogitet eadem ex ordinatione excerpta :

> Afin que nos dites filles puissent juger devant Dieu si elles sont coupables d'un si grand scandale, nous leur déclarons, au nom et de l'autorité du Saint-Esprit qui nous a établi évêque pour gouverner l'église de Dieu, que toutes celles-là seront coupables, qui, après nos instructions si précises, ne feront pas sérieusement ce qu'elles pourront pour y mettre fin. De là suit manifestement que plusieurs choses qui pouvoient n'être que de conseil et de perfection en d'autres rencontres, deviennent d'obligation spéciale et sous peine de péché mortel, parce qu'elles sont nécessaires pour déraciner un mal qui tend évidemment à la subversion des âmes du Monastère.

De hoc in re morali iudicio quid sentiendum sit, non meum est hic existimare, nedum, causa parum cognita, quaestiones, ut videtur, difficillimas solvere velim. At quantum solemne fuerit Meldensi episcopo tum ad eam qua in Ecclesia Dei auctus esset, potestatem advocare, tum eas ad peccatum mortale obligationes facilius pronuntiare, ex pluribus documentis cognosci potest quae, sive ex litteris, sive ex contionibus iam editis protuli.

In epistula cuius subscriptio est : *Aux religieuses de la Congrégation de Coulommiers*, haec die x septembris MDCLXXXVII Bossuet scribebat :

> Prenez garde seulement de ne laisser entrer dans vos cœurs aucun esprit de parti, ni aucune pique ; car l'action étant de telle importance je vous déclare encore une fois qu'on ne peut agir par ces motifs sans péché mortel [1].

Quas propter litteras libentius coniciam ad hanc domum monialium *Coulommiers* referri haec monita, quibus titulus : *A une communauté de Filles*, etsi agitur pluribus vicibus de *monasterio*. Addendum est verba a Bossuet facta, ut vidimus, die XXII Maii MDCXCVIII, ad professionem

1. Lachat, t. XXVIII, p 456.

Dominae *Cornuau*, in fine huius codicis esse inscripta [1]. Qui igitur codex scriptus esse videtur tempore ipsius Bossuet, vel ab ipsa forsan D^na *Cornuau*, vel a D^na *d'Albert*.

In aliis litteris ad moniales Meldenses sanctae Ursulae, anno MDCLXXXVIII, si tamen fidendum sit diei inscripto *(jeudi matin* 1688), occasione visitationis fortuito interruptae, haec mittebat :

> Dieu me met dans le cœur de vous avertir sur quoi elle (la visite) roulera principalement. Les choses sur quoi je désire que chacune de vous s'examine, et dont je veux qu'on me rende compte, sont premièrement sur le silence, si on le garde, si on l'aime... sur la charité qui doit être entre les sœurs ; si on sait se supporter mutuellement comme on veut que Dieu nous supporte, et si loin de se provoquer les unes les autres à la colère, on se prévient mutuellement en honneur, si on rend bénédiction pour emportement ou pour outrage, lorsqu'il arrive à quelqu'une de s'oublier assez pour s'y laisser aller [2]...

Passim in verbis ad moniales factis quae servata sunt, similis habetur loquendi modus quo ad muneris sui officia adimplenda vel " *in virga, si necessitas fuerit* ", se

---

1. Notandum tamen est in transcriptione contionis *Extrait d'un sermon fait à une profession sur l'évangile du jeudi de l'octave de la Pentecôte*, nullibi inveniri verba : *Ma Fille*. Haec autem omittere consulto non potuit nisi alia atque ipsa D^na *Cornuau*. Plures variatae lectiones quaerendae sint in hoc codice quae addantur, ad opus a *Lebarq* editum, t. IV, p. 481. Abest etiam a nostra scriptione coniungens verbum *et* (V. p. 489), quod addendum esse censuit *Lebarq*, t. V, *ibid*. in notatione 1.

Inter varias lectiones, excerpendus est locus cum pagina 490 apud *Lebarq* componendus. Habet enim codex noster :

> « Gardez-vous du moindre relâchement, ne vous laissez point affoiblir et attachez-vous toujours à celles que vous connoissez les plus exactes et les plus parfaites. Eloignez-vous de celles qui ne le sont pas, et si vous en rencontrez, secouez même contre elles la poussière... etc. »

In fine pariter quaecumque in editione *Lebarq* propria sunt D^nae *Cornuau* mutata sunt in hanc clausulam (Cf. p. 491.)

> « Voilà les obligations de l'état que vous avez embrassé, que l'évangile de ce jour vous a parfaitement expliquées. C'est ce que Jésus-Christ exige de votre reconnoissance et vous en peut-il trop demander après les miséricordes qu'il vous a faites et la grâce qu'il vient de vous accorder de vous mettre au nombre de ses épouses ? Vous n'avez donc plus .. etc .. comme il sera tout à vous. »

2. Lachat, t. XXVIII, p. 458.

esse venturum minabatur. In quarta enim adhortatione ad easdem IV Maii habita :

Voulez-vous, disait saint Paul à des gens opiniâtres, que je vienne à vous avec la verge en main et en esprit de rigueur, ou bien avec douceur et suavité. J'en dis de même, si vous m'obligez de prendre cette verge de correction ; cette verge, dis-je, qui est capable de confondre, d'abattre et d'écraser, en vous anéantissant jusqu'au centre de la terre. Lorsque nous sommes contraints d'en frapper les désobéissants et contumaces et d'exercer ce pouvoir redoutable, cela est capable de faire trembler, et je frémis moi-même quand j'y pense; car c'est le commencement du jugement de Dieu, et même c'est l'exécution de la sentence qu'il prononcera intérieurement contre une âme rebelle et indocile [1]...

Ad haec tam gravia et vehementia referenda sunt monita quae in litteris scriptis XXVIII Iulii MDCXC ad monasterium nondum pacatum, quibus ex subscriptione: *A la prieure et communauté de Jouarre* severa verba mandabat :

Je souhaite de tout mon cœur que ni Madame l'abbesse ni aucunes de vous ne m'obligent jamais à leur faire sentir la puissance qui est en nous ; car les effets en sont terribles et en ce monde et en l'autre. Soyez fidèles à mes ordres sans écouter rien au contraire, parce que rien ne vaut contre celui à qui le Saint-Esprit a donné sur vous la principale et première autorité... Je viendrai à vous en esprit de paix et de douceur, mais aussi de fermeté et de zèle [2].

Graviter etiam in prima adhortatione ad Meldensem domum Sanctae-Ursulae sic moniales praemonebat :

Je vous dénonce de la part de Dieu tout-puissant, au nom duquel je vous parle, par l'autorité que je tiens de lui, et par tout l'empire qu'il me donne sur vous toutes et sur chacune de vos âmes, que si vous êtes sincères et sans déguisement, je demeurerai chargé de tout ce que vous me direz : au contraire, ce que vous voudrez me cacher et me taire, je vous déclare que je vous en charge vous-mêmes, et que ce sera un poids qui vous écrasera [3]...

Ad tuendam caritatem destruendumque illum pessimum animum quem passim, ut in monitis ad moniales quae

---

1. Lebarq, t. VI, p. 238. — 2. Lachat, t. XXVIII, p. 306. — 3. Lebarq, t. VI, p. 201.

edimus in lucem, partium divisionisque animum vocabat [1] et ad damnandas in primis detractiones et maledicta, haec declarabat :

Les supérieurs sont des fontaines publiques, il ne faut pas les empoisonner. C'est comme cela, mes sœurs, qu'il faut manier les intérêts de la charité, et que vous devez ménager et procurer toujours les biens de la paix, sans vous faire tort les unes aux autres ni vous désobliger. Eh bien, mes filles, je vous défends de la part de Dieu et par l'autorité que j'ai sur vous, de vous maltraiter. Quand je dis maltraiter, j'entends de vous offenser par aucun emportement de paroles rudes et piquantes [2]...

Tandem ad silentium quod tanti faciebat, sub finem secundi colloqui, in eodem monasterio die XVIII aprilis MDCLXXXV habiti, easdem moniales adhortabatur :

C'est donc là, mes filles, ce qui m'a fait vous parler en particulier, vous assembler toutes ici en ma présence pour vous donner cette instruction, qui n'est pas seulement un avis et un conseil, ce n'est pas seulement une exhortation ; mais c'est un précepte que je vous donne et que Dieu m'a inspiré de vous enjoindre [3].

Tot igitur tantisque testimoniis patet novam Ordinationem, quam ex ignoto codice protulimus, omnino convenire cum ceteris Bossuet operibus aliunde notis, certoque et solito eiusdem genere dicendi. Nemo autem haec in unum congesta arbitretur « suavitati et benignitati » quam tot laudibus extulerunt multi eorum qui Bossuet apprime noverant, quasi offendere posse. Colligenda enim forent quaecumque in litteris et contionibus hanc comitatem suadent, quae sane quisquis eius scripta legerit in dubium vocari non patiatur.

Animadvertatur autem oportet mala quae tam vehementer insequebatur Bossuet non minima fuisse. Audiantur, quaeso, litterae graves quas mittendas esse duxit

---

1. *L'esprit de partialité* « Bannir de vos récréations et de vos entretiens ces partialités et contentions... » *In* III *adhortatione ad moniales sanctae Ursulae*. Lebarq, l. c. p. 224.

2. *Ibid.*, p. 223. — 3. *Ibid.*, p. 210.

die IV Martii MDCXC ad « *Priorem* », D[am] *de la Croix* :

Qu'attendez-vous, et quelle fin auront ces dissensions ? Espérez-vous qu'on vous donne un supérieur que Madame votre abbesse ne demande pas, et ne peut ni n'ose demander ? Mais que ne vient-elle gouverner son monastère, plutôt *que de vous laisser dévorer les unes les autres ?*

At praesertim quo animo haec tam dura et ardua a Bossuet dicta fuerint intellegendum est. Nisi enim parentis more sive pastoris hanc electam gregis sui partem multum dilexisset, nunquam tam ardentibus verbis eam increpuisset. Sincero sane pectore haec asserebat quae post verba virgam minitantis quae superius rettuli, leguntur, in adhortatione quarta ad moniales Sanctae-Ursulae :

Quoi ! seroit-il possible qu'il y en eût quelqu'une de vous qui voulût nous percer le cœur, et en même temps le sien, et me navrer de douleur par sa perte et sa rébellion ? Ne me donnez pas ce déplaisir et celui de me voir obligé d'accuser et citer au jugement de Dieu celles qui n'auraient point fait profit de nos paroles et de nos instructions... Croyez, mes filles, que tous nos soins, nos veilles, nos sollicitudes, nos regards, nos paroles et enfin toutes nos actions sont formées et animées par la charité de Jésus-Christ, qui règne en nous par la dignité de notre caractère, et sortent même des entrailles de la miséricorde de Dieu pour vous conférer la grâce à laquelle il faut que vous soyez fidèles ; en sorte que vous ne pensiez plus qu'à servir Dieu avec fidélité et perfection [1].

Non profecto verba et voces, sed sensa, prout animo percipiebat, his expromebat verbis :

« Sachez que je vous porte toutes dans mon sein et dans mes entrailles : vous m'êtes toutes présentes à l'esprit jour et nuit, et tout ce que vous m'avez dit toutes en particulier. Croyez, mes chères filles, que pas une syllabe ne m'est échappée de la mémoire ; je pense à toutes vos nécessités, tant en général qu'en particulier... n'ayez donc plus aucun souci à présent ; puisque je veux bien me charger de tout ce que vous m'avez dit. Ne vous l'ai-je pas dit au commencement de cette visite que je me charge de tout ce que vous m'avez déclaré... ?

1. Lebarq, t. VI, p. 238.

Je ne négligerai rien pour votre avancement ; j'y apporterai tous mes soins et toute mon application et je veillerai sur tous vos besoins spirituels. Assurez-vous, mes filles, que vous êtes toutes présentes à mon esprit, et qu'à l'avenir, j'étendrai de plus en plus mon soin pastoral sur vous toutes, vous permettant même la liberté d'avoir recours à notre autorité épiscopale dans vos plus pressantes nécessités. Venez donc à moi, mes filles, quand vous vous trouverez chargées et oppressées ; je vous soulagerai et donnerai le repos à vos âmes. Venez, puisque je vous recevrai avec douceur et avec joie [1]...

Quae quam vera sint, nemo eorum qui legerint tot litteras quae supersunt, praeter multo plures quae exciderunt, ad moniales quarum anxias mentes sublevaret, fere quotidie et inter tanta negotia scriptas, in dubium vocare audebit. Quia haec dirigentis animos ad Deum muneris partem non minimam esse, ut audivimus, decernebat Bossuet, ideo medico similis qui sanandos aegrotos quocumque modo susceperit, nunquam fas esse sibi quicquam neglegere arbitratus est, animasque semper strenue adiuvit ad seipsas, prout lapsi hominis condicione iubetur, devincendas. Hoc enim aperte profitebatur.

Vous ne me serez point à charge tant que je verrai en ce que vous me direz de l'utilité pour vous ou pour le public. Au contraire je vous écouterai, je vous répondrai selon les mouvements de Dieu... car je désire profiter à tout le monde et qu'il n'y ait pas une de vous qui ne prenne en cette visite l'esprit d'un saint renouvellement en la perfection de son état. Je vous y porterai toutes en général et chacune en particulier. Dieu m'envoie à vous pour détruire Ninive, c'est-à-dire pour déraciner jusqu'aux plus petites inclinations de la nature corrompue et à toutes les perfections contraires à votre sainteté... Je sais que l'office des pasteurs des âmes est de confirmer les fortes et de compatir aux infirmes, de les consoler en leurs faiblesses, de les soulever et de les charger sur leurs épaules : c'est ce que je me propose de faire en cette visite... Je veux ruiner et anéantir jusqu'au plus petit défaut contraire à la charité, et détruire tous les empêchements de la parfaite union jusqu'aux moindres fibres [2].

---

1. Lebarq, *ibid.*, p. 220.
2. *Ibid.*, p. 201-202.

Quis vero non credat his ultimis verbis plane commendari *Monita : Avis à une communauté de filles*, quae nusquam antea in lucem edita, in appendice posuimus ?

Documentum autem ex eodem codice Parisiaco ductum, cui titulus est : *Extrait d'une lettre*, etsi paucis mutatis invenitur in editione *Lachat* [1], hic etiam servandum esse duxi, ut ex inscriptione appareat illud ad litteras referri. Cui autem, cum ad alterum animi regendi principium quo homo ad Deum ducatur, pertineat, addidimus id quod ibidem servatum est, hoc titulo : *Union à Dieu*. In huiusmodi operibus, prout in paginis quae inscriptae sunt : *de mandato diligendi Dei*, plane apparet quantum *lyrici animi* [2], spiritusque vate non indigni, in ingenio episcopi Meldensis inesset.

Quodsi autem in animo illo poetico vel vi oratoria praedito, vitae, ut ita dicam agentis aut (verbo sit venia) *actuosae*, sensus requiratur, hunc sane desiderari nullus contendet eorum qui *Ordinationes* ad monasterium Sanctae-Farae, XXVI novembris anno MDCXCIII factas legerit.

Non praetermittenda sunt monita quae ad puellas instituendas spectant ; haec autem Bossuet attente curavisse testantur tum brevis epistula in editionibus, ut opinor, nondum posita, quam in fine appendicis subieci, tum haec verba ex litteris a longo iam tempore editis deducta, quae nunc in mentem revocare iuvat :

On a trouvé bon, Madame, qu'on rendît les filles de Sacy à leurs parents, sous la promesse qu'ils ont faite de les envoyer aux instructions... Pour celle qui s'est sauvée, M. l'intendant a ordonné qu'elle seroit ramenée chez vous pour l'exemple et que vous la reteniez jusqu'à nouvel ordre.

On se plaint à la Ferté que les sœurs mettent des baillons et des cornes aux petites filles ; ces châtiments sont bons quelquefois pour

---

1. T. VII, p. 545.

2. Haec optime ostensa sunt tum quondam a Dno *Lanson* in libro quem iam laudavi, tum nuper in una e lectionibus de Bossuet, quas circumferre incepit a duobus annis Dus *Brunetière : Le lyrisme de Bossuet.*

leur éviter le fouet, mais le baillon paroît un peu rude et, en un mot, il faut épargner aux filles des convertis ce qui leur donne prétexte de plainte. La douceur et la patience sont ici le seul moyen qui nous reste [1].

His profecto litteris quae scriptae sunt III novembris MDCLXXXVII, abrogata lege quae cultum servare suum dissidentes permiserat, nihil melius nos docere potest qualis fuerit Bossuet in exercendo munere pastoris. Non modo enim cum sacerdotibus aut monialibus agentem illum ostendere decet, sed cum grege in cuius gratiam, ut aiebat ipse, episcopum se esse profitebatur, seu debitorem ministrumve omnium. Noverat autem ab eo qui se vocari sit passus « pastorem et episcopum animarum [2] » parvulos in primis dilectos esse, ovesque requisitas quae perierant. Itaque antequam « pastoris plebem suam alloquentis » effigiem perficere coner, qualis fuerit Bossuet, tum in pueris instituendis, tum in revocandis ad fidem errantibus, ostendam.

---

1. Lachat, t. XXXIII, p. 457. Cf. infra, cap. III, p. 153.
2. I Petr. II, 25. *Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad* pastorem et episcopum animarum *vestrarum*.

CAPUT TERTIUM

QUANTA FUERIT MELDENSIS EPISCOPI IN INSTITUENDIS PUERIS DILIGENTIA

Qua sane in officio docendi pueros doctrinam christianam polleret industria, haud aegre scimus ex ipsis opusculis quae Bossuet Meldis edidit et quibus titulus est : *Catéchisme de Meaux*[1]. Tres enim sunt huiusce libri, anno MDCLXXXVI editi partes, quarum, ut ipse loquitur, prima ad incipientes spectat :

> La première classe est de ceux qui commencent et qui peuvent être préparés à la confirmation[2].

Haec quippe eum a longo tempore meditatum esse certo cognitum est, ex ipsa Delphino tradita instructione

---

1. « Que de choses à louer dans ces vingt-quatre dernières années de sa vie ! Sa régularité d'abord et sa piété, que plus d'un prélat du temps eût bien dû prendre pour modèles. Son zèle ensuite. J'ai parlé de sa prédication incessante, populaire, paternelle. La littérature n'a rien à prendre dans le Catéchisme qu'il publia pour son diocèse. Mais quand on a vu comment il entendait l'éducation religieuse d'un roi, il est touchant et instructif de le retrouver s'appliquant à l'instruction des plus humbles. Instruction élémentaire sans doute, et c'est là où l'on doit reconnaître la souplesse de ce génie ; instruction graduée suivant les âges et finalement très ample et telle qu'on ne peut se défendre de la souhaiter à bien des chrétiens lettrés de nos jours. Doux envers les protestants, patient et dévoué dans la direction des âmes pieuses, attentif aux intérêts généraux de l'Eglise, Bossuet peut suffire à tout, et par les étonnantes ressources de son esprit et par une activité qui ne fléchit que sous la mort. » Longhaye, *Histoire de la littérature française au* XVIIe *siècle,* t. II, pp. 299-300.

2. Lachat, t. V, p. XVI. Confirmatio ante primae Communionis tempus dabatur.

ea aetate qua ad « confirmationem » et postea communionem accipiendam eum disposuerat [1].

Ipsum a Bossuet confectum Catechismi opus a me inventum est, duobus abhinc annis, ut alias dixi [2], in Bibliotheca civitatis Ambianensis, manu ipsius *Gilbert* scriptum, qui litteras calamo fingendas Delphinum docebat. Hoc brevi documento monemur Bossuet eo tempore erudiendae iuventutis peritum se ostendisse [3]. Cum eo brevissimo opere nondum edito, Catechismum Meldensem anno MDCLXXXVI a Bossuet publici iuris factum, non sine fructu comparari fas erit.

Dummodo vero in mente habeatur utrumque opus non aetate modo, sed et condicione differre, non minus utrinque apparebit pastorale munus docendi pueros eisque, ut Apostolus dicit, *lac potum dandi* [4], solerti et magno animo Bossuet implevisse. Tanquam enim, ut sacrarum litterarum stilum usurpemus, “ *nutrix* ” quae “ *foveat filios suos* ” [5], se ad audientium aures accommodare apprime novit, et ea quae ad Delphinum, lectissimis studiis deditum peculiarique cura ab ipso excultum

---

1. His annis nuntiabatur in *Gazette de France* : « De Paris, le 7 octobre 1673. — Le 4 il (l'archevêque de Paris) conféra la Confirmation à Monseigneur le Dauphin en la chapelle du Chasteau de Versailles après l'avoir confessé, & ensuite de la Messe qu'il y célébra, & d'une Exhortation des plus touchantes. Ce Prince... estoit accompagné des Princes de Conti & de la Roche-sur-Yon, avec le Duc de Montausier son Gouverneur, & l'Evesque de Condom son Précepteur, *qui l'avoit instrüit sur les dispositions nécessaires à la réception de ce sacrement.* » — (*Gazette de France* du 29 déc. 1674). « De S. Germain en Laye, le 28 Décembre... Le mesme jour (25), Monseigneur le Dauphin fit sa première Communion dans la mesme Chapelle, par les mains de l'ancien Evesque de Condom, son Precepteur, *qui luy avoit donné depuis long temps, avec une extrême application toutes les instructions nécessaires pour le disposer à bien reconnoistre l'importance de cette action...* »

2. *Études religieuses*, 20 nov. 1898, p. 522.

3. Fateri tamen decet hunc *Catechismum* saepe simillimum esse Catechismo ab eximii zeli sacerdote confecto cui nomen *Bourdoise*. Id me monuit doctissimus e seminari Sancti-Sulpici moderatoribus, D^us^ *Lévesque*.

4. I Cor. III, 2.

5. II *Thessa.*, II, 7.

scripserat, quasi minutum breviusque et verbis, si fieri valeat, magis perspicuis, ad suae dioecesis pueros omnes, cuiuscumque status, generis, condicionis, digestum tradidit.

Exempla quaedam adferre liceat quibus « catechismi ad Delphinum » responsa cum responsis non solum prioris libelli ad incipientes, sed etiam secundi operis ad eos qui iam processerant, conferantur. Ipso enim ineunte libro cui titulum dedit : *Second catéchisme pour ceux qui sont plus avancés dans la connoissance des mystères et que l'on commence à préparer à la première communion*, post summam Historiae sacrae, ante omnia positam, praevia quaedam in prima lectione primae partis discenda praebebat. Eadem vero in Catechismo ad Delphinum (qui multo brevior est et undecim in universum lectiones complectitur), si conferas cum altero Meldensi opere, cuius quinque sunt partes, eaeque in plures lectiones divisae, dilucidius tamen posterius opus fuisse apparet quam *Catechismus* anno MDCLXIV alumno suo a Bossuet scriptus.

E Meldensi opere	E catechismo ad Delphinum
Etes-vous chrétien ?	*Etes-vous chrétien ?*
Oui, je suis chrétien par la grâce de Dieu.	Oui, par la grâce de Dieu.
Pourquoi dites-vous par la grâce de Dieu ?	*Pourquoi dites-vous par la grâce de Dieu ?*
Parce que c'est un don de Dieu et le plus grand de tous les dons d'être chrétien.	Parce qu'il faut en effet une grâce toute particulière de Dieu pour croire en lui, et que la grâce qu'il nous fait de nous faire instruire en sa sainte Loy est la plus grande que nous puissions recevoir en ce monde.
Qui appelez-vous chrétien ?	*Quel est celuy que l'on doit appeler chrétien ?*
Celui qui est baptisé et qui croit et confesse la doctrine chrétienne.	Celuy qui estant baptisé croit et fait profession de la doctrine chrétienne.

Qu'appelez-vous la doctrine chrétienne ?	*Qu'est-ce que la doctrine chrétienne ?*
Celle que Jésus-Christ a enseignée.	C'est celle que Jésus-Christ a établie et que l'Eglise nous enseigne.

Haec sane non ita differunt ut magna e minimis discriminibus concludere tentemus. Nolo enim in conferendo utroque catechismo nimium morari. At mihi videtur Bossuet fere nervosius et pressioribus verbis in posteriori opere doctrinam comprehendisse.

E lectione quinta, in qua Oratio Domini : *Pater noster*, explicatur in catechismo ad Delphinum, plura cum secundo tertiae partis capitulo in opere Meldensi sunt conferenda.

E MELDENSI OPERE	E CATECHISMO AD DELPHINUM
Que demandons-nous par la première (demande) Votre nom soit sanctifié ?	*Que prétendez-vous dire en disant :* Votre nom, etc.
Nous demandons que Dieu soit honoré, aimé et servi de tout le monde et de nous en particulier.	Je prétend témoigner à Dieu le désir que j'ay d'entendre publier ses loüanges par toutes les Créatures, et de pouuoir contribuer moy mesme à étendre la gloire de son saint nom.
Que demandons-nous par la seconde demande, Que votre règne arrive ?	*Que luy demandez-vous en disant :* Vôtre Royaume nous aduienne ?
Nous prions Dieu qu'il règne dans nos cœurs par sa grâce, et qu'il nous fasse régner avec lui dans sa gloire.	Je luy demande qu'il me fasse la grace d'aller un jour au Ciel, où les moindres de ses seruiteurs sont plus grands et plus heureux que les plus puissans Rois de la Terre.

Ad ultimas tamen quaestiones, etsi brevius in Catechismo Meldensi contrahuntur responsa, concedendum est in altero eadem non infeliciter *ad hominem* dirigi.

Longior utriusque libelli instituenda sit collatio (quod sane quisque pro libitu protrahere poterit), nisi nobis ex

ipso solo Meldensi Catechismo preti magni documenta quaerentibus, vix otium sufficere possit. In hoc enim opere, quid de populari, ac proprie pastorali locutione sentiret Bossuet, plane deprehendimus. Legantur oportet monita quae sacerdotibus suis hac de re mandabat in litteris VI octobris anno MDCLXXXVI datis, quibus ipsis christianisque parentibus opus illud suum quasi dedicabat. Quis, quaeso, dubitet eum, quae tanto animo diligentiaque tam sollicita ab aliis exposceret, non omnino, et pro felici qua erat indole, implevisse. Etiamsi igitur e documentis superius praelibatis totque testimoniis quae circumferuntur, luce clarius non appareret se docendis pueris et rudibus totum tradidisse Bossuet, satis sit eius verba ad parochos de rudibus catechizandis audire. Haec ergo referre liceat :

> Avant que de faire réciter le catéchisme aux enfans, faites toujours précéder un discours plein de piété et d'onction, qui leur donne l'idée des vérités dont vous leur demandez compte ; que ce discours soit familier et court autant qu'affectueux et insinuant [1]...

Quam vivide seipsum, rationemque agendi sibi consuetam, his verbis depinxerit, quis non videat fateaturve nullum huiusmodi praecepta tradere posse, qui ipse eadem agere solitus non fuerit? At de modo pueros instituendi quem, ne verbum repellamus Latinis auribus ignotum, nostris vero significatione plenum, ipsius Bossuet παιδαγωγίαν vocamus, plurima diversis e fontibus proferamus licet. Haec sane materia longi sermonis esse possit integramque requirat disputationem. Cuilibet enim hac in mente legenti epistulam ad Innocentium, summum Pontificem, a Bossuet scriptam, multa decerpenda videantur. His igitur pernotis litteris in aliud tempus remissis, tum ipsum Meldensis catechismi opus, tum multo magis quaedam, Bossuet saltem iubente scripta

1. Lebel, t. VI, p. 9.

Monita ad magistros scholarum », neque unquam in lucem producta quae in una huius disputationis appendice edere mihi contigit, breviter attingere liceat. Quanta cura de informandis infantium animis vel minima attendere παιδαγωγόν oporteat, nos omnino docent quaecumque exigua praecipere voluit episcopus.

Quand les enfans sont assemblés, le catéchiste leur doit faire montrer leur catéchisme, prendre garde s'ils le tiennent propre, et les bien avertir de ne le pas perdre, et de ne pas laisser gâter ni déchirer [1].

Haec quae in operibus Bossuet, ipso vivente ipsiusque cura anno MDCLXXXVI editis leguntur, non sane attendebant quotquot sibi fingebant effigiem oratoris magnificam, Iovis tonantis instar, aut saltem praesulis, seu *praetoris*, parum *de minimis*, ut aiunt, *curantis*. Eadem tamen hominem *ad vivum*, qualis fuerit ostendunt, haec « vita » sunt et vitae plena, vitamque quodammodo, si verbis utamur hodiernis, ipsum vixisse suam declarant. Quae vero, eodem tempore, suo de Festis Catechismo praemittebat, non sunt omittenda : de imaginibus piis (excepta tamen de Trinitatis mysterio quavis effigie) quas adhibere parochum volebat ; de narrationibus non ieiune aut exiliter proponendis, at quibus aliquid concitati, gravitate et pietate pleni miscendum sit ; de accurata meditatione quam tradendae doctrinae labor requirat et de multis eiusmodi sapientissimis praeceptis quae enumerare longum est.

Non modo igitur doctum sed expertum fuisse Meldensem episcopum in munere docendi, revera is quem parochis consulit agendi modus ostendere videtur.

Si vous voulez expliquer à votre peuple la doctrine chrétienne d'une manière qui lui profite, dites peu de choses à la fois ; répétez-les souvent, et inculquez-les avec force. Tournez-les en différentes

1. Ed. Lebel, t. VI, p. 15.

manières.... et songez que celui qui est préposé pour parler toute sa vie à un même peuple, doit être aussi court dans ses instructions que soigneux et assidu à les faire.

Quibus verbis, quae laudare supervacaneum est, nihil est quod addamus. *Monita* vero, nimium ignota, quae idem *ad magistros* in scholis quibus ex officio suo attendebat, mittenda curavit, legere non omittet quisquis rerum ad illam disciplinam quam παιδαγωγίαν diximus pertinentium studiosum se esse profiteatur. Haec autem, etsi, ut dixi, inferius subicientur, non omittenda hic visa sunt in disputationis parte quae Bossuet docendi pueros rudesque dioecesis suae diligentissimum fuisse ostendit.

Haec anno MDCCII, prout inscriptum est initio chartae documenta referentis, edixisse vel iussisse censendus est Bossuet, cuius, si modum loquendi respiciamus, indolem stilumque praebent. Praeter illa enim quae de munere docendi ab ipsa historia Ecclesiastica ducuntur, quaedam ex his monitis virum minimarum rerum sollicitum testantur quas curasse Bossuet iam vidimus. Quis itaque miretur Meldensem episcopum magistris quos monebat dixisse :

Diversifier l'instruction ou répéter souvent la même chose : cela dépend de la disposition différente des sujets ; et un humble maître est un serviteur patient qui sert un petit prince né pour de grandes choses.

Tum enim ex ea quam tanti faciebat fidei doctrina, qua puerorum animum cognoscendi diligendique Dei et regnum aeternum assequendi capacem esse ratum habebat, tum forsan eo quod munus instituendi fili regis se implevisse meminerat ac in maioris momenti officium sibi mutatum esse arbitrabatur, haec sane ei in mentem venire par omnino erat. At nemini etiam mirum fore putamus quod plura quae « pragmatici », seu in agendo versati viri, manum mentemve redolent addiderit, cum vitandas bono

magistro culpas enumerare aggressus, haec inter maxime vitanda posuerit :

Monstrer à la hâte et par manière d'acquit, sans soin et sans affection, corriger avec la main, frapant sur la teste, par impatience, caprice, précipitation [1].

Non pauca ex epistulis Bossuet et ceteris operibus, colligi possint, quibus haec haud aegre firmantur aut quae quid senserit de modo pueros ceterosve regendi, nos doceant. Dictitabat enim se de mutanda hominum voluntate industriam novisse, quod Gallice dicimus *un secret*, cui nihil unquam resistere valeat. Quod ut cognoscamus, audire illum iuvat in re multum difficili ad Abbatissam Sanctae-Farae scribentem :

Surtout, Madame, mettons notre confiance en celui qui tourne les coeurs comme il lui plaît, par des voies aussi douces que sûres. J'ai souvent éprouvé que cette confiance en Dieu *moteur des cœurs* [2], fait trouver des facilités dans des choses qui paraissoient impossibles, mais cette dévotion doit être accompagnée de douceur, de charité, de patience et de persévérance.

Multa etiam quibus instare non vacat cum iisdem in epistulis, tum in reliquis operibus leguntur quae ad instruendas puellas respiciunt, et iure sint cum opere *Fénelon* conferenda.

De rebus quas addiscere feminas decet, litterae referantur XXX septembris MDCXCV ad D^am^ *d'Albert* datae.

Vous pouvez apprendre à ces demoiselles ce que vous savez d'arithmétique, de la carte et de l'histoire : le blason en est moins que rien, mais aussi on le peut apprendre en peu de temps... Il n'y a nul inconvénient à leur faire lire l'histoire romaine, soit dans les

1. Cf. supra, litteras III novembris MDCLXXXVII datas, p. 144.

2. Hic verborum complexus non raro in litteris Bossuet invenitur, ut videre licet supra (p. 76) ad diem I aprilis MDCXCII, ex litteris XXVIII Martii ad D^am^ *d'Albert* datis (Lachat, t. XXVIII, p. 71), et multis aliis locis similibus. Videtur enim haec *iunctura verborum* unum esse ex intimis eius characteribus quo agnosci designarique valeat scriptum aliquod ab eo scriptum. Cf. Meditationem *de diligendo Deo*, infra, p. 199, appendice II.

originaux ou dans Coeffeteau [1]. . Bannissez en toutes manières les chansons d'amour [2]...

His itaque litteris emendentur oportet ea quae dixit Paulus *Janet* de contemptu quem gratis finxit habuisse Bossuet in ornandis puellarum mentibus :

Si sévère pour les femmes et pour le monde, on devine que Bossuet n'aura pas beaucoup de complaisance pour la culture d'esprit chez les femmes, que nous encourageons tant aujourd'hui ; on ne trouvera pas chez lui, on ne devra point lui demander cette libéralité noble qui rend si aimable et si vivant encore l'ouvrage de Fénelon sur l'*Education des Filles*. Fénelon veut faire travailler les filles : « L'ignorance d'une fille, dit-il, est cause qu'elle s'ennuie ; » et, « l'ennui des filles est dangereux. » Bossuet n'a pas une telle complaisance pour l'esprit. Pour lui c'est l'étude qui est dangereuse : « Fuyez comme une passion* toutes les curiosités, tous les amusemens d'esprit, car les femmes n'ont pas moins de penchant à être vaines par l'esprit que par le corps. Souvent les lectures qu'elles font avec tant d'empressement se tournent en parures vaines et en ajustements immodestes de leur esprit ; souvent elles lisent par vanité comme elles se coiffent [3]. »

Huiusmodi testimonio omnino infeliciter est usus Paulus *Janet*, quod vel si verba Bossuet referret, parum sane ad causam facere posset. Id solum quippe nos doceret non unum locum ex operibus Bossuet ei esse excerpendum qui eius sensa de aliqua re cognoscere

---

1. V. *Nicolas Coeffeteau*, par Ch. Urbain, Paris, Thorin, 1894, in-8, *Chap. VII, L'Histoire romaine*, pp. 263-289. « De toutes les traductions.... aucune n'eut autant de réputation que celle de Florus que publia Coeffeteau en 1615 (p. 263)... Jusqu'à la fin du siècle, les gentilshommes campagnards avaient dans leur bibliothèque l'*Histoire romaine* à côté du *Plutarque* d'Amyot, et des *Essais* de Montaigne. *A cette époque, on la faisait encore lire aux enfants*. Ainsi, en 1690, Ch. de Sévigné écrivait à sa sœur au sujet des lectures de sa nièce Pauline : « Ne lirait-elle pas avec plaisir de certains endroits de l'*Histoire romaine* ? » (p. 281). — Eximius autem scriptor qui plura testimonia adfert ex *Gui Patin*, *La Bruyère*, *Mme de Maintenon*, etc. deducta has Bossuet litteras exscribere potuit. Ad eundem enim, p. 203, advocavit, in *Gallia orthodoxa* (P. II, l. VI, c. 24) laudantem « virum clarissimum Nicolaum *Coeffeteau*. »

2. Lachat, t. XXVIII, p. 257.

3. *Revue des Deux-Mondes*, 15 août 1886, p. 837.

* Sic habet sententia a *Janet* relata, sed legendum est : *fuyez comme un poison*...

velit, sed plura eiusdem esse inter se componenda. At nequaquam Meldensis episcopus ea scripsit contemptum discendi aut legendi redolentia, quae adeo discrepare arbitratus est Paulus *Janet* a libro cui titulus est *De l'Éducation des Filles*. Immo sunt ipsi huiusce libelli scriptori, *Fénelon*, non autem Bossuet, haec verba tribuenda, etsi *de Foris* contionem e qua deducta sunt inter opera Meldensis episcopi quondam posuerat. *Fénelon* enim haec dixit aut scripsit, prout alias ostendam, in « colloquio » quod inscriptum legitur : *Entretien sur les avantages et les devoirs de la vie religieuse*[1]. Sub tertiae partis finem huiusce « Moniti » ad Dominas quae in domo *Saint-Cyr* nobiles puellas docebant, postquam vota religionis extulerat laudibus, dicebat :

Il me semble que je vous entends dire : Puisque nous sommes destinées à l'instruction, ne faut-il pas que nous soyons exactement instruites ? Oui, sans doute, des choses dont vous devez instruire ces enfants. Vous devez savoir les vérités de la religion, les maximes d'une conduite sage, modeste et laborieuse ; car vous devez former ces filles ou pour des cloîtres, ou pour vivre dans des familles de campagne où le capital est la sagesse des mœurs, l'application à l'économie et l'amour d'une piété simple. Apprenez-leur à se taire, à se cacher, à travailler, à souffrir, à obéir et à épargner. Voilà ce qu'elles auront besoin de savoir, supposé même qu'elles se marient. Mais fuyez comme un poison toutes les curiosités, etc [2].

Patet ergo nullomodo Bossuet praeberi posse ut paene infensum doctrinae puellis tradendae, immo neque eiusdem dicta operibus a *Fénelon* scriptis iure opponi. Is autem qui noluerat ignaras linqui posse virgines de quibus suum scripserat *de puellis instituendis* opusculum, non ita sibi contradicere censendus est cum, verbis male, ut vidimus, Meldensi episcopo tributis, mutata re quam agebat, non vero sententia priore, Dominas quae in

1. Migne, *Orateurs sacrés*, t. XXVIII, coll. 147-168.
2. *Ibid*. Coll. 166-167.

Domicilio *Saint-Cyr* pauperes, simul atque nobiles virgines, instruendas curabant, allocutus est.

Quicquid autem ad moniales quibus puellae instituendae committebantur [1], de hac re scriptum est a Bossuet, valde ad eius παιδαγωγίαν declarandam prodest. At id unum hic quod ad pastorem sacram doctrinam pueros docentem spectat attingere nostri erat propositi.

Cum autem pastoralis muneris sit non tantum pascere gregem novellosque agnos lacte nutrire, sed tueri ab inimicis, custodire, immo ubi fieri potest, augere numero, nemo mirabitur Bossuet curas impendisse non minimas in controversiis, ut aiebant, laboribusque susceptis ad fidem propugnandam, ac multo magis in haereticis ad catholicas partes trahendis.

1. Lebarq, t. vi, p. 232, in iv[a] ad S. Ursulae moniales adhortatione.

CAPUT QUARTUM

QUALEM SE IN REVOCANDIS AD FIDEM HAERETICIS PRAEBUERIT BOSSUET, CUM INTRA TUM EXTRA DIOECESIM MELDENSEM.

Quomodo cum haereticis egerit, quibusve mediis eos ad fidem adduci cupierit, cum ex eius agendi ratione, tum verbis ipsius, quibus forsan non est satis attentum, cognovimus. In referendo enim colloquio quod cum pastore *Claude*, ut vidimus, coram Maria *de Duras* habuerat, haec praemittebat, quibus suam intimam sententiam de convertendis ad fidem « fratribus separatis » ostendisse videatur :

L'Instruction que j'offre en général aux prétendus réformés, je l'offre en particulier à ceux du diocèse de Meaux, que je dois porter plus que les autres dans mes entrailles. Ceux qui refuseront cette Instruction chrétienne, pacifique, fraternelle et paternelle, autant que concluante et décisive, je leur dirai, comme saint Paul, avec douleur et gémissement, car on ne se console pas de la perte de ses enfants et de ses frères, Je suis net du sang d'eux tous [1].

Etsi vero cum munere pastorali plane conveniunt quaecumque controversas disputatasque quaestiones complectuntur, tamen res omnibus pernotas qui sacris operibus theologicisque materiis a Bossuet tractatis studuerunt, hic relinquere voluimus. Scripta enim eius non

---

1. Lebel, t. XXIII, p. 242. Paris, Mabre-Cramoisy, 1682, in-12. *Avertissement*. Cf supra, P. I, cap. II, p. 30.

proprie quaerimus sed dicta, eiusdemque pastoralem eloquentiam adumbrare in animo est, non eruditionem laudare. Hinc contiones, catechismos, colloquia, adhortationes et reliqua quibus cum fratribus, prout aiebant, separatis se non bellum, sed paene amicitiam tentavisse profitebatur[1], summatim in memoriam revocare aggressi sumus. Multis enim qui sive « Calvinistae » sive « Lutherani » dicebantur[2], auxilio fuisse Bossuet dicendus est. Non est cur *edicti* ab Henrico IV facti, quod anno MDCLXXXV abrogatum est, historiam denuo tractemus. Non hic in controversiam adducimus quid de eo sentiret Bossuet. Quae enim in laudando *Le Tellier* pronuntiavit[3], ea satis ostendunt eum sincero ore probavisse illam edicti veteris abrogationem, quae forte Romae minus laudata est[4].

---

1. Nuperrime editae sunt in lucem litterae cuiusdam Cadomensis viri ad P. D. *Huet*, die XI decembris MDCLXXXI Lugduni Batavorum datae, quibus is episcopo Meldensi gratulabatur miram in omnes comitatem.

« Il fait paroître partout de la modération, et c'est là le caractère d'un homme d'honneur et d'un habile homme. Les gens emportés et violens ne sont bien souvent que de petits esprits que la passion transporte et qui ne sont pas maîtres d'eux-mesmes. Ces gens-là ne sont propres qu'à brouiller... Ils n'ont guère de dispositions à avancer la réunion des religions et je pense que rarement ils se laissent tenter d'exécuter un dessein comme celui-là. Il est fort digne de vous.. etc .. »

Iure autem doctissimus D. *A. Gasté*, ad hanc epistulam Stephani *Le Moyne* quam publici iuris faciebat, addebat. « Il est évident que ces derniers compliments s'adressent aussi bien à Bossuet qu'à Huet, car l'un et l'autre... n'ont cessé de *rêver* (rêve généreux) l'accord des deux religions catholique et protestante. » *Revue Bossuet*, 25 janv. 1901, p.32.

2. « Ceux, disaient les décrets royaux, de la religion prétendue réformée, R P.R. »

3. Lebarq, t. VI, p. 321 : « Ne laissons pas cependant de publier ce miracle de nos jours... »

4. Testem habemus *Arnauld* cuius verba iam a *Sainte-Beuve* relata (*Port-Royal*, t. V, p. 321, note 1) hic subicimus :

« Je pense qu'on n'a pas mal fait de ne point faire de réjouissance publique à Rome pour la révocation de l'édit de Nantes et la conversion de tant d'hérétiques ; car comme on y a employé des voies un peu violentes, quoique je ne les croie pas injustes, il est mieux de n'en pas triompher. » *Lettre à du Vaucel*, 28 décembre 1685 ».

Attamen, quae vera forsan erant die quo haec scribebat *Arnauld*, eadem postea non plane adfirmari possunt. Etsi enim cogentibus rege

Mitto enim ea quae in diversum dici valeant de modo quo res natura sua sacrae et ad ecclesiasticam auctoritatem fere unice respicientes « a natu maiore Ecclesiae filio, » inconsulta matre, neque rogato summo Pontifice

---

regioque legato factae sunt, solemnitates gratulationesque Romae habitas esse certum est ex diariis.

Cf. *Gazette de France*, N° 22, p. 267. « (Extraordinaire du 12 Iuin 1686). Relation des rejouissances que le Duc d'Estrées, ambassadeur de France à Rome & le Cardinal d'Estrées ont fait faire à cause de la reunion des sujets du roy de la religion &c... Le 28 mai, Chapelle pontificale ordonnée par le Pape au Vatican. » — « De Rome, le 19 Mars 1686 : « Hier il (le Pape) tint Consistoire : & apres avoir donné part aux Cardinaux de ce que le Roi Tres Chrestien avoit fait pour la reunion de ses sujets à l'Eglise Catholique, il leur dit en substance que par l'amitié qu'il avoit pour ce grand Prince & pour le tres florissant Royaume de France, il avoit une extrême joye de ce que Dieu luy avoit réservé la puissance necessaire pour extirper l'Hérésie & pour délivrer son Royaume en si peu de temps, de la fausse Religion qui avoit esté introduite au siecle passé, qui avoit désolé les Provinces, etc... qu'il devoit dès à present luy donner les loüanges que la posterité luy donnera toutes les fois qu'elle pensera à une entreprise si grande et si glorieusement exécutée... le Cardinal d'Estrées en remercia le Pape à la fin du consistoire... » (*Gazette de France*, 13 avril 1686, N° 15, p. 174 & 175.)

Videnda sunt documenta quae attulit C. Gérin (*Revue des questions historiques*, octobre 1878, pp. 376-441 : *Le pape Innocent XI et la révocation de l'Edit de Nantes*. V. in primis, p. 412; et (p. 425) litteras pontificis, die XIII novembris datas ad gratulandum regi, quibus se non satis laudatum esse significare videtur Ludovicus XIV in responso quod invenies, p. 429. Die XXVII decembris haec subiratus ad cardinalem d'Estrées mittebat rex :

« Il y a... lieu de croire que les commencements d'une légère indisposition n'auraient pas été capables d'apporter quelque retardement à ces réjouissances publiques, si Sa Sainteté eût été aussi pénétrée qu'elle l'a dû être d'un si grand évènement et si avantageux au Saint-Siège. »

« Il fallut attendre longtemps ces démonstrations publiques, qui ont du prix quand elles n'ont pas été mendiées, et qu'elles expriment l'émotion commune et spontanée du souverain et des sujets. » (Gérin, l. c., p. 434.) Contio quam in consistorio Pontifex XVIII Martii habuit, legi potest ibidem relata, quae non adeo gaudium redolet ut in ephemeride Gallica laudari iure valuerit. Sed haec ad famam quasi dirigendam opinionemque omnium informandam erant. V. ibid., p. 438 ea quae pertinent ad publicas supplicationes, XXIX aprilis habitas. Haec XXIV Iulii cardinalis *d'Estrées* Regi scribebat :

« ... On a assez sujet de s'étonner que ceux qui... fomentent les nouvelles sectes des Quiétistes et des Jansénistes, trouvent toujours une protection secrète auprès du pape, dans le temps que Sa Sainteté *prend si peu de part* à tout ce qui se fait pour l'extirpation de l'hérésie... »

Itaque non immerito his Saint-Simon verbis concludere licet : « *Cette main basse sur les Huguenots ne put tirer de lui* (du pape) *la moindre approbation*. » (Ed. de 1856, in-12, t. VIII, p. 145.)

habitae sint. Quae enim, multis post eventum annis, extra sensa huius temporis facile est damnare, eadem paene omnes Bossuet aequales laudaverunt, « mirandum scilicet miraculum esse » fidenti animo conclamantes. Nemo autem nescit media passim iussu regalium legatorum adhibita, militares quippe oppressiones ad conversiones vi aut metu extorquendas nunquam a Bossuet esse probatas [1]. Quis enim credat eum qui quid sit fides noverit, assensum posse coerceri ullomodo existimasse. Norunt autem omnes in ea disceptatione quae orta est inter illius aetatis episcopos, quorum quidam, etsi vi recte obtinendum esse reditum haereticorum negabant, tamen censerent eos adigi posse, ut instruerentur et ad missam contionemque

---

1. Non me fugit plura in adversae sententiae gratiam fuisse prolata, etsi in praeclaro suo libro (cap. IX, Bossuet, évêque de Condom et de Meaux, p. 456), scripsit D. Lanson :

Il pouvait dire hautement comme il le fit dans une *Lettre pastorale* qui fut lue aux nouveaux catholiques de son diocèse, et répandue par l'impression dans toute l'Europe : Aucun de vous n'a souffert de violence ni dans sa personne ni dans ses biens... Loin d'avoir souffert des tourments vous n'en avez pas même entendu parler. Personne ne protesta, pas même Jurieu.

Id autem non plane recte dici asserit D. Rébelliau :

M. Lanson a tort de dire, p. 456, que l'assurance donnée par Bossuet, Lettre pastorale de 1686, que « personne à sa connaissance n'avait été maltraité dans son évêché » ne provoqua de la part des intéressés aucune contradiction. Les réfugiés protesterent vivement en Angleterre et en Hollande. Cf. Lettre du P. Johnston à Bossuet, éd. Lebel, t. XVIII, p. 182; *Nouvelles de la République des Lettres*, oct. 1686, etc. (*Revue critique*, 22 fév. 1891, p. 148).

Non pauca eiusmodi testimonia attulerat iam ab anno 1875, Eugenius Despois, qui, ut tueretur *Fénelon* et Domino O. Douen, opus *De l'intolérance de Fénelon* adumbranti responderet, fere omnia quaecumque ei exprobrabantur, in Bossuet converterat. Certum est sane, quendam, nomine *Frotté*, olim in dioecesi Meldensi vicarium, anno MDCXC, multa negavisse quae asserit *Ledieu* in suis Commentariis. Instituenda igitur esset quaestio de documentis quae allata sunt a Despois. Fontes tantum e quibus hauriuntur testimonia indicare potui. Cf. *Revue politique et littéraire*, 6 janvier 1875. *La légende de Fénelon*. *Bulletin de la Société du Protestantisme français*, IV, p. 117; t. IX, p. 62; X p. 50; XIII, p 97 ubi leguntur ea quae scripsit *Frotté*. Pariter legatur Notitia de ipso *Frotté*, *France Protestante*, a DD. *Haag* ad quam reliqua eiusmodi documenta adiecta sunt. Concedam D. Despois in suo commentario ostendisse a *Ledieu* quaedam mutata esse et rem controversiam requirere cuius nec locus nec tempus adest. Cf. *Ledieu*, t. I, p. 189, Despois, p. 653, n. 2.

audiendam cogerentur, alii vero id abnuerent, Bossuet posteriores partes contra *Basville* tenuisse.

Haec autem quae disputare non vacat, plane praeter propositum sunt. In animo enim est prospicere quam mansueto, immo quam suavi ingenio ad « fratres separatos » revocandos, fuerit. In ea enim dioecesi in qua, pluribus cum « protestantibus » saepissime egit, haec eius laus fuit ut vel ab eorum « ministris » magni aestimaretur. Ceterum in hac materia, praeter quaedam non multi momenti, quae superius in *Ordine temporum* exscripta sunt, nihil fere addendum est ad ea quibus *Lebarq* et praecipua Bossuet opera, et conversorum ab ipso nomina, et contiones ad reducendos haereticos habitas, in memoriam revocavit.

Pauca igitur tantum quibus *pastoris* animus ostendatur praelibavimus, quae vel ignota vel neglecta esse videantur.

Primo tempore quo cum protestantibus egit, Metis, in disputatione cum ministro Paulo *Ferry*, quo in eiusmodi controversias animo descenderet statim ostendit. Ab initio enim, ut vidimus, pastoralem mentem moresque vere apostolica virtute dignos, prae se tulit, quos « secus pedes » sancti Vincenti-a-Paulo, sicut Paulus in schola Gamaliel [1], « eruditus », ab eo mutuatus erat. Non solum enim pauperibus adesse, ut semper fecit, ab his diebus didicerat, sed egenis omnibus id quo carebant, dare gestiebat. Cui autem « veritas usque ad effusum sanguinem tuenda », thesaurus omnium optimus esse videbatur, quomodo is non doleret errantium a vera et catholica fide vices miseriamque ? Hinc domus in qua *Neo-Catholicae* puellae docebantur, curam animo magno suscepit.

Hoc vero canonici Metensis opus, quod sane in eo pastoralem animum augere par erat, non adeo ignotum aut intra Metensium fines quasi restrictum mansit, ut

---

1. *Act.* xxii, 3. *Ego dum... secus pedes Gamaliel eruditus...*

passim per Gallias non sit vulgatum. Huius quippe famae quam in docendis neo catholicis adquisierat Bossuet, testem praebere licet quendam, qui anno circiter MDCLXXXIII haec scribebat in brevissimo opusculo quod titulum habet : *Moyens de faciliter et perfectionner la conversion de ceux qui sont séparez de l'Eglise Catholique et de rendre la noblesse capable de se bien acquitter de ce qu'elle doit à l'Eglise, au Roy et à l'Etat.* Etenim in capite quod inscriptum est : *Moyens plus doux pour attirer les Errans par la douceur...*, ad ea advocat animos quae quondam Metis egerat Bossuet.

On le voit par expérience, un peu de grain attire plus d'oiseaux, que tous les canons des Armées ; témoin les Congrégations pour la Propagation de la Foi que Mr Bossuet, cy devant précepteur de Monseigneur le Dauphin, a établi à Mets : lors de l'établissement il y avoit plus de quinze à seize mille Huguenots dans la ville, et présentement il n'y en a pas dix mille.

Haec quae fere ignota iacent [1] exscripsi, at non ut soli Bossuet tribuatur quicquid in hoc genere sive Metis, sive alibi actum sit ope Societatis de Propaganda fide. Ad finem enim nobis intentum satis est eum, vel a primis annis media ad conversiones sinceras liberasque obtinendas idonea adhiberi voluisse. Quae autem ad id perficiendum toto episcopatus sui decursu egit, haec vel in capite III prioris partis superius attigimus, vel in periodico *Revue Bossuet* edenda esse confitemur.

---

1. *Biblioth. nation.* fr. 24719 f. 509. Hic autem libellus, in-4, typis mandatus est sine scribentis nomine neque tempore, at certe post IV Iulii MDCLXXXI, ut apparet ex edicto eo die lato quod affertur, p. 23. Ultima autem pagina, (p. 24) legitur : *Les règles de ladite société* (*de la Propagation de la foi*) *se voyent chez ledit Borde, Marchand Libraire-Imprimeur, au Cloître S.-Sanson*, et p. 7 de eleemosynis mittendis habetur haec mentio : *S'adresser à M. de Calouet près Monsieur le Curé de S.-Sulpice* » Hanc chartam attentius spectari operae pretium sit quae, ut opinor, alicui e sodalitatibus referri posse videtur similibus saltem aut adfinibus huic coetui *Société du Saint-Sacrement*, de quo nuper controversum est in *Revue historique* et *Etudes* S. J. inter D. Fr Rabbe et P. H. Chérot (V. *Revue historique*, nov.-déc. 1899 et janv.-févr. 1900. *Etudes*, 20 nov. 1899 et in-8, 19 pp.)

Quanta fuerit autem in convertendos ad fidem catholicam eius caritas apprime videmus e scriptis illius *Winslow* de quo supra anno MDCXCIX actum est : is enim quæ erga præsulem tanta, ut dicit, comitate conspicuum, grati animi sensus ostenderit, candide in libro suo, mox etiam edendo, profert[1].

Vere enim devotus fuit, si tanto verbo uti liceat, tum ipsi Bossuet tum famae eius, cuius defendendae causa omnia congessit et quaecumque ad eiusdem historiam et laudem facere videret in litteris ad *Pérau* missis attente collegit[2]. Eadem vero, ut novimus, reliquos a Bossuet in Ecclesiam reductos, de illo sensisse nemo nescit. Is enim quia « *personarum acceptor*[3] » ut dicitur in Scriptura sacra, nunquam fuit, omnibus pariter se deberi professus est. Quae cum ita sint, non est sane cur amplius laudes protrahamus de pastorali cura a Meldensi episcopo impensa. Unum ex epistula *J. B. Winslow* iam laudata verbum decerpere liceat, quo nostri Bossuet ratio agendi cum errantibus depingi posse videatur. Postquam « neophytus » ille ad propinquos in Dania relictos ea enarrare conatus est propter quae ad Catholicam Ecclesiam redire statuisset, ab iisdem Lutheranae doctrinae deditis, responsum ad argumenta fieri optabat. Sic enim nepotem alloquebatur :

Mais je te prie surtout de me procurer cette réponse par des gens foncièrement savans, de probité, doux, sincères, sérieux et compa-

1. Supra, p. 112. Manuscriptum codicem ab ipso *Winslow* emendatum invenimus in Bibliotheca Mazarinea, n° 11667 (quondam 2279). Ex illo ea tantum eruimus quae pertinent ad diem quo in Catholicam ecclesiam a Bossuet acceptus sit solemni ritu. Mox litteras illius viri conversi ad fidem quibus mutatae religionis rationem reddere conatur, ad nepotem Calvinistam scriptas, edemus.

2. Cf. *Revue du Clergé français*, 15 janvier 1901, quaedam documenta ex eo codice excerpta quae doctissimus mihique amicissimus *C. Urbain* posuit in suo opusculo *Bossuet apologiste du P. Quesnel*, Letouzey, 1901, in-12, 32 pp., v. p. 16.

3. *Act*. x. 34. *Non est personarum acceptor Deus*.

tissans. Car de quereller et de donner des paroles dures quand il s'agit de prouver, est communément marque d'ignorance et de non sincérité ; de plaisanter ou de ne pas parler sincèrement dans les controverses de religion, fait soupçonner de la légèreté en ce qui concerne le salut ou de l'impiété et de l'incrédulité de cœur. Et de ne pas avoir de compassion de ceux qu'on croit être dans l'erreur, cela marque pareillement ou ignorance, ou légèreté, ou irréligion.

His sane verbis declarari videtur ipsa agendi ratio, qua semper usus est in revocandis ad fidem haereticis Meldensis episcopus, doctrina, gravitate, misericordia, aeque conspicua. Ab eo enim absunt vitia quae in his litteris carpuntur neque opportunius ea omnia, quae de ipso cum protestantibus agente, dici possunt, quasi contrahi videantur.

CAPUT QUINTUM

QUALEM ELOQUENTIAE QUAE PROPRIA EST PASTORIS, FORMAM, IN VERBIS EX TEMPORE FACTIS, BOSSUET PRAEBUERIT OMNIUM PERFECTISSIMAM.

Si quis secum recogitet quid sibi proposuerit Bossuet in suo munere dicendi, ab eo sane fatebitur verum purumque eloquentiae haustum esse fontem. Quicumque enim id quod ratum habet alios docere cupit, facile verba ad persuadendum apta faciet [1]. Quid vero, si ingeni praeclarissimi propriaeque eloquentiae viribus auctus fuerit ? Ecquis autem, quaeso, natura, labore, studiis aeque ac noster Bossuet, oratoris quem quaerimus, dotibus praeditus est ? Testes certe habemus quotquot eum audierunt, quorum tot testimonia in hac disputatione rettulimus. Tam multis quas commemoratas vidimus « actionibus » facile docemur, innumeras esse orationes quae nos

---

1. « Si l'on excepte le livre tout théorique de la *Connaissance de Dieu et de soi-même*, et la troisième partie du *Discours sur l'Histoire universelle* * tous les autres ouvrages de Bossuet, même ses lettres, sont des œuvres essentiellement et exclusivement chrétiennes. Ses chefs-d'œuvre d'éloquence (oraisons funèbres, sermons, panégyriques) sont des œuvres de prédication, et ils n'eussent pu avoir les agréments que nous cherchons, sans manquer au devoir essentiel de la prédication, qui est de faire sentir Jésus-Christ partout... Ses sermons encore plus que ses oraisons funèbres sont des œuvres toutes chrétiennes, et l'on y trouverait autant de lignes extraites des livres saints que sorties de la plume de Bossuet. » P. Janet, *Bossuet moraliste*, *Revue des Deux-Mondes*, août 1886, p. 817.

* Utrumque etiam non video cur excipere debeamus.

fugerunt, eo praesertim tempore quo requirere fas est, illam « popularem » seu « pastoralem » dicendi rationem, cuius indolem et quasi effigiem describere oporteat.

Ne vero nimii laboris sit omnia congerere quae supra exscripta sunt, duo tantum in hac Bossuet *episcopali eloquentia* animadvertere velim, quomodo scilicet *paterne* simul et *vehementer*, ut plurimum, sit locutus. Varium profecto pro varia eorum qui audiebant condicione dicendi modum adhibuisse eum nemo nescit, prout merito ab ipso *Ledieu* declaratum est :

